Diſpdat dn̄s vniuerſa labia doloſa: et linguam magniloquam.
Qui dixerunt linguam noſtram magnificabimus: labia nr̄a a nobis ſunt: quis noſter dn̄s eſt.
Propter miſeriam inopum et gemitum pauperum: nunc exurgam dicit dominus.

Ponam in ſalutari: fiducialiter agam in eo.

Eloquia domini eloquia caſta: argentum igne examinatum ꝓbatum terre purgatum ſeptuplum.

Tu domine ſeruabis nos: et cuſtodies nos a generatione hac in eternum.

In circuitu impij ambulãt: ſecũdum altitudinem tuam multiplicaſti filios hominum. An. Exurge domiue non preualeat homo. j.

Feria.v.ad Primam. ps.xij.

Vſqꝫquo dñe obliuiſceris me i finẽ: vſqꝫquo auertis faciem tuam a me.

Quãdiu ponã cõſilia in aĩa mea: dolorem in corde meo per diem.

Vſqꝫquo exaltabit inimic⁹ meus ſuper me: reſpice et exaudi me domine deus meus.

Illumina oculos meos ne vnqꝫ obdormiam in morte: nequãdo dicat inimicus meus ꝑualui aduerſum eum.

Qui tribulãt me exultabũt ſi motus fuero: ego autem in miſericordia tua ſperaui.

Exultabit cor meum in ſalutari tuo: cantabo domino qui bona tribuit mihi/et pſallam nomini domini altiſſimi. Pſalmus.xiij.

Dixit inſipiẽs in corde ſuo: non eſt deus.

Corrupti ſunt ⁊ abominabiles facti ſunt in ſtudijs ſuis: nõ eſt q̃ faciat bonũ/nõ eſt vſqꝫ ad vnum.

Dominus de celo ꝓſpexit ſuper filios hoĩm: vt videat ſi eſt intelligens aut requirens deum.

Omnes declinauerũt.ſimul inutiles facti ſunt: non eſt qui faciat bonum/non eſt vſqꝫ ad vnum.

Sepulchrũ patẽs eſt guttur eorum: linguis ſuis doloſe agebãt: venenũ aſpidũ ſub labijs eorum.

Quorũ os maledictione et amaritudine plenũ eſt: veloces pedes eorum ad effundendũ ſanguinem.

Cõtritio ⁊ infelicitas in vijs eorum: et viã pacis nõ cognouerũt: nõ eſt timor dei ante oculos eorũ.

Nonne cognoſcent oẽs qui operantur iniquitatem: qui deuorant plebem meam ſicut eſcam panis.

Dominũ non inuocauerunt: illic trepidauerũt timore vbi non erat timor.

Qm̃ dñs in generatione iuſta eſt: conſilium inopis confudiſtis qm̃ dominus ſpes eius eſt.

Quis dabit ex ſyõ ſalutare iſrael: cum auerterit dominus captiuitatem plebis ſue.exultabit iacob et letabitur iſrael. Pſalmus.xiiij.

Domine quis habitabit in tabernaculo tuo: aut quis requieſcet in monte ſancto tuo.

Qui ingredit̃ ſine macula: ⁊ operatur iuſticiam.

Qui loquitur veritatem in corde ſuo: qui nõ egit dolũ in lingua ſua.

Nec fecit proximo ſuo malum: ⁊ opprobrium nõ accepit aduerſus proximos ſuos.

Ad nihilum deductus eſt in conſpectu eius malignus: timẽtes autem dominum glorificat.

Qui iurat proximo ſuo ⁊ non de-
cipit: qui pecuniam ſuam non de-
dit ad vſuram: ⁊ munera ſuper in-
nocentem non accepit.
Qui facit hec: non mouebitur in
eternum. An. Illumina oculos meos
dñe. viij ¶ Fe. vj. ad primã. pſ. xv
Conſerua me domi
ne qm̃ ſperaui in te
dixi dño deꝰ meus
es tu. qm̃ bonorum
meoꝝ non eges.
Sanctis qui ſunt
in terra eius: mirificauit om̃es vo-
luntates meas in eis.
Multiplicate ſunt ĩfirmitates eo
rum: poſtea accelerauerunt.
Non congregabo conuenticula
eorũ de ſanguinibus: nec memor
ero noĩm eorum per labia mea.
Dñs pars hereditatis mee ⁊ ca-
licis mei: tu es qui reſtitues here-
ditatem meam mihi.
Funes ceciderũt mihi in precla-
ris: etenim hereditas mea precla-
ra eſt mihi.
Benedicã dñm q̃ tribuit mihi intel
lectum: inſuper et vſq ad noctem
increpuerunt me renes mei.
Prouidebam dñm in conſpectu
meo ſemper: qm̃ a dextris eſt mihi
ne commouear.
Propter hoc letatũ eſt cor meũ:
et exultauit lingua mea: inſuper ⁊
caro mea requieſcet in ſpe.
Qm̃ nõ derelinques aĩam meam
in inferno: nec dabis ſctm̃ tuũ vi-
dere corruptionem.
Notas mihi feciſti vias vite: ad
implebis me leticia cũ vultu tuo:
delectationes in dextera tua vſq
in finem. Pſalmus. xvj.
Exaudi domine iuſticiã me-
am: intẽde deprecationem
meam.
Auribus percipe orationẽ meã:
non in labijs doloſis.
De vultu tuo iudiciũ meũ ꝓdeat:
oculi tui videant equitates.
Probaſti cor meũ et viſitaſti no-
cte: igne me examinaſti et non eſt
inuenta in me iniquitas.
Ut nõ loquatur os meũ opa ho-
minũ: propter verba labiorũ tuo-
rum/ego cuſtodiui vias duras.
Perfice greſſus meos in ſemitis
tuis: vt nõ moueant veſtigia mea.
Ego clamaui quoniam exaudi-
ſti me deꝰ: inclina aurẽ tuã mihi/
et exaudi verba mea.
Mirifica mias tuas: qui ſaluos
facis ſperantes in te.
A reſiſtentibus dextere tue cuſto
di me: vt pupillam oculi.
Sub vmbra alarum tuarum pro-
tege me: a facie impiorum qui me
afflixerunt.
Inimici mei aĩam meã circunde
derunt: adipẽ ſuum cõcluſerũt: os
eorum locutum eſt ſuperbiam.
Proijcientes me nunc circunde
derunt me: oculos ſuos ſtatuerũt
declinare in terram.
Suſceperũt me ſicut leo paratus
ad predam: ⁊ ſicut catulus leonis
habitans in abditis.
Exurge domine preueni eum et
ſupplãta eum: eripe animã meam
ab impio: frameam tuam ab inimi
cis manus tue.

Domine a paucis de terra diuide eos in vita eorum; de abſconditis tuis adimpletus eſt venter eorum.

Saturati ſunt filijs: ⁊ dimiſerunt reliquias ſuas paruulis ſuis.

Ego autem in iuſticia apparebo cõſpectui tuo: ſaciabor cum apparuerit gloria tua. Ps.xvij.

Diligam te domine fortitudo mea: dñs firmamẽtum meum et refugium meum et liberator meus.

Deus meus adiutor meus: ⁊ ſperabo in eum.

Protector meus ⁊ cornu ſalutis mee: et ſuſceptor meus.

Laudãs inuocabo dñm: et ab inimicis meis ſaluus ero.

Circumdederũt me dolores mortis: et torrentes iniquitatis cõturbauerunt me.

Dolores inferni circũdederunt me: preoccupauerunt me laquei mortis.

In tribulatiõe mea inuocaui dominum: et ad deum meũ clamaui.

Et exaudiuit de templo ſctõ ſuo vocem meam: et clamor meus in conſpectu eius. introiuit in aures eius.

Commota eſt et contremuit terra: fundamenta montium conturbata ſunt ⁊ cõmota ſunt: quoniam iratus eſt eis.

Aſcendit fumus in ira eius: et ignis a facie eius exarſit: carbones ſuccenſi ſunt ab eo.

Inclinauit celos et deſcendit: et caligo ſub pedibus eius.

Et aſcendit ſuper cherubin ⁊ volauit: volauit ſuper pẽnas vẽtoꝝ.

Et poſuit tenebras latibulũ ſuũ: in circuitu eius tabernaculũ eius: tenebroſa aqua in nubibus aeris.

Pre fulgore in cõſpectu eius: nubes tranſierunt grando et carbones ignis.

Et intonuit de celo dominus: ⁊ altiſſimus dedit vocẽ ſuã: grando et carbones ignis.

Et miſit ſagittas ſuas et diſſipauit eos: fulgura multiplicauit et conturbauit eos.

Et apparuerũt fontes aquarum: et reuelata ſunt fundamẽta orbis terrarum.

Ab increpatione tua dñe: ab inſpiratione ſpiritus ire tue.

Miſit de ſummo et accepit me: et aſſumpſit me de aquis multis.

Eripuit me de inimicis meis fortiſſimis: et ab his qui oderũt me: qm̄ confortati ſunt ſuper me.

Preuenerunt me in die afflictionis mee: et factus eſt dñs ꝓtector meus.

Et eduxit me in latitudinem: ſaluum me fecit qm̄ voluit me.

Et retribuet mihi dñs ſcd̄m iuſticiam meam: ⁊ ſcd̄m puritatem manuum mearum retribuet mihi.

Quia cuſtodiui vias domini: nec impie geſſi a deo meo.

Quoniam omnia iudicia eius in cõſpectu meo: et iuſticias eius nõ repuli a me.

Et ero immaculatus cũ eo: ⁊ obſeruabo me ab iniquitate mea.

Et retribuet mihi dñs ſcd̄m iuſti

ciam meam: et ſcd̃m puritatem ma
nuum mearum in conſpectu ocu=
lorum eius. an. Conſerua me domi
ne quoniam in te ſperaui. ij.

Sabbato ad Primã. Diuiſio.

Cum ſancto ſanctus
eris: et cũ viro in=
nocente innocens
eris.
Et cũ electo ele=
ctus eris: ⁊ cũ per=
uerſo peruerteris.
Qm̃ tu populũ humilem ſaluũ fa
cies: ⁊ oc̃los ſupboꝝ humiliabis.
Quoniam tu illuminas lucernã
meam domine: deus meus illumi=
na tenebras meas.
Qm̃ in te eripiar a tẽptatione: et
in deo meo tranſgrediar murum.
Deus meus ĩpolluta via eius ⁊
eloquia dñi igne examinata: ꝓte=
ctor eſt oĩm ſperantium in ſe.
Qm̃ quis deus preter dñm: aut
quis deus preter deũ noſtrum.
Deus qui precinxit me virtute:
et poſuit immaculatã viam meã.
Qui perfecit pedes meos tanq̃
ceruoꝝ: et ſup excelſa ſtatuẽs me.
Qui docet manus meas ad pre=
lium: et poſuiſti vt arcum ereũ bra
chia mea.
Et dediſti mihi protectionẽ ſalu
tis tue: et dextera tua ſuſcepit me.
Et diſciplina tua correxit me in
finem: et diſciplina tua ipſa me do
cebit.
Dilataſti greſſus meos ſubtus
me: et non ſunt infirmata veſtigia
mea.
Perſequar inimicos meos et cõ
prehendam illos: et non conuer=
tar donec deficiant.
Confringã illos nec poterũt ſta
re: cadent ſubtus pedes meos.
Et precinxiſti me virtute ad bel
lum: et ſupplantaſti inſurgentes in
me ſubtus me.
Et inimicos meos dediſti mihi
dorſum: et odiẽtes me diſꝑdidiſti.
Clamauerũt nec erat qui ſaluos
faceret: ad dñz nec exaudiuit eos.
Et cõminuam eos vt puluerem
ante faciem vẽti: vt lutum platea=
rum delebo eos.
Eripies me de ꝯtradictionibus
ppl̃i: ꝯſtitues me in caput gentiũ.
Populus quem nõ cognoui ſer=
uiuit mihi: in auditu auris obedi=
uit mihi.
Filij alieni mentiti ſunt mihi ⁊ fi
lij alieni inueterati ſunt: et claudi
cauerũt a ſemitis ſuis.
Viuit dñs ⁊ bñdictus deus me=
us: et exaltetur deus ſalutis mee.
Deus qui das vindictas mihi ⁊
et ſubdis ppl̃os ſub me: liberator
meus de inimicis meis iracũdis.
Et ab inſurgẽtibus in me exalta
bis me: a viro iniquo eripies me.
Propterea confitebor tibi in na
tionibus domine: et nomini tuo
pſalmum dicam.
Magnificãs ſalutes regis eius ⁊
et faciẽs mĩam chriſto ſuo dauid:
et ſemini eius vſq; in ſcl̃z. ps. xviij
Celi enarrant gloriam dei:
et opera manuum eius an=
nunciat firmamentum.
Dies diei eructat verbum: ⁊ nox
nocti indicat ſcientiam.

Nō ſunt loquele neq̃ ſermones: quoꝝ nō audiantur voces eoꝝ.
In omnem terram exiuit ſonus eorum: et in fines orbis terre verba eorum.
In ſole poſuit tabernaculū ſuum: et ipſe tanq̃ ſpōſus procedens de thalamo ſuo.
Exultauit vt gygas ad currendam viam: a ſummo celo egreſſio eius.
Et occurſus eius vſq̃ ad ſummū eius: nec eſt qui ſe abſcondat a calore eius.
Lex dñi immaculata cōuertens animas: teſtimoniū domini fidele ſapientiam preſtans paruulis.
Iuſticie domini recte letificātes corda: preceptū domini lucidum illuminans oculos.
Timor domini ſanctus permanet in ſeculum ſeculi: iudicia dñi vera iuſtificata in ſemetipſa.
Deſiderabilia ſuper aurum et lapidem precioſum multum: et dulciora ſuper mel et fauum.
Etenim ſeruus tuus cuſtodit ea: in cuſtodiendis illis retributio multa.
Delicta quis intelligit ? ab occultis meis munda me: ⁊ ab alienis parce ſeruo tuo.
Si mei nō fuerint dominati ? tūc immaculatus ero: ⁊ emundabor a delicto maximo.
Et erunt vt cōplaceant eloquia oris mei: et meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper.
Domine adiutor meus: ⁊ redemptor meus. Pſalmus. xix.

Exaudiat te dominus in die tribulationis: ꝓtegat te nomen dei iacob.
Mittat tibi auxilium de ſancto: ⁊ de ſyon tueatur te.
Memor ſit oīs ſacrificij tui: et holocauſtum tuum pingue fiat.
Tribuat tibi ſcd̄m coꝛ tuū: et omne conſilium tuum confirmet.
Letabimur i ſalutari tuo: ⁊ in nomine dei noſtri magnificabimur.
Impleat dñs omnes petitiones tuas: nunc cognoui quoniam ſaluum fecit dominus chꝛiſtū ſuū.
Exaudiet illū de celo ſctō ſuo: in potentatibus ſalus dextere eius.
Hi in curribus ⁊ hi in equis: nos autem in nomine domini dei noſtri inuocabimus.
Ipſi obligati ſunt et ceciderunt: nos aūt ſurreximus ⁊ erecti ſum⁹.
Dñe ſaluum fac regem: ⁊ exaudi nos in die qua inuocauerimus te.
Añ. Viuit dominus et bñdictus deus ſalutis mee. vij. ¶ Dñicis diebus a trinitate vſq̃ ad aduētū. Inuita. Adoremus dñm. Qui fecit nos. ps. Venite. Hy⁹ Eterne rerū condi.
¶ Dñica. j. aduentus. Inuitato. Ecce venit rex. Occurramus obuiam ſaluatori noſtro. ¶ Dñica. ij. aduētus. Inuitato. Rex noſter adueniet chꝛiſtus. Quem iohānes predicauit agnum eſſe vēturum. ¶ Dñica. iij. aduētus. Inuitato. Surgite vigilemus venite adorem⁹. Quia neſcitis horā qn̄ veniet dñs. ¶ Dñica. iiij. aduē. Inuita. Vigilate aīo. In ꝓxi mo eſt dñs deus noſter. ¶ Dñicis ab octa. epy. vſq̃ ad. lxx. Inuita.

Preoccupemꝰ faciem domini. Et in pſalmis iubilemꝰ ei. A.lxx. vſqȝ ad primā do.xl. Inuita. Qm̄ deꝰ magnus dñs. Et rex magnꝰ ſup oēs deos. ¶ Dñica.j.xl. Inuita. Ploremus coram dño deo nr̄o. Qui fecit nos. ¶ Dñica.ij.xl. Inuita. Adoremꝰ deū. Quia ipſe fecit nos. ¶ Dñica iij.xl. Inuita. Venite adoremꝰ dñz deū noſtrū. Qui fecit nos. ¶ Dñica.iiij.xl. Inuita. Ppl's dñi et oues paſcue eius. Venite adoremus eum. Oibꝰ p̄dictis dñicis dr hyꝰ. Eterne rerū ɔdi. ¶ Dñica in paſſione Inuita. Hodie ſi vocē dñi audieritis Nolite obdurare corda vr̄a. ¶ Dñica in palmis. Inuita. Ipſi vero nō cognouerūt vias meas. Quibꝰ iuraui in ira mea: ſi introibūt in reqez meā. ¶ In die paſche. Eiꝰ octaua. In diebus Aſcēſionis Pēthecoſtes Marci euāgeliſte / ac etiaz i feſtis Annūciatiōis marie / et Bñdicti ſi poſt paſcha celebrētur. Inuita. All'a. vj. Ceteris diebus tā dñicis feſtis / q̄ꝫ priuatis. Inuita. All'a. iij

¶ In primo noct. Pſalmus.xx.

Domine in virtute tua letabitur rex: ꝛ ſup ſalutare tuū exultabit vehemēter

Deſiderium cordis eiꝰ tribuiſti ei: et volūtate labioꝝ eius non fraudaſti eum.

Qm̄ preueniſti eū in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronā de lapide precioſo

Vitā petiit a te ꝛ tribuiſti ei: longitudinem dierum in ſeculum ꝛ in ſeculum ſeculi.

Magna gloria eiꝰ in ſalutari tuo: gloriam et magnum decorem impones ſuper eum.

Qm̄ dabis eū in benedictionem in ſeculum ſeculi: letificabis eū in gaudio cum vultu tuo.

Qm̄ rex ſperat in dño: ꝛ in mīa altiſſimi non commouebitur.

Inueniatur manus tua oīmbus inimicis tuis: dextera tua īueniat omnes qui te oderunt.

Pones eos vt clibanū ignis in tp̄e vultus tui: dñs in ira ſua ɔturbabit eos et deuorabit eos ignis.

Fructum eoꝝ de terra perdes: et ſemen eorum a filiis hominum.

Quoniā declinauerunt in te mala: cogitauerunt conſilia que non potuerunt ſtabilire.

Quoniā pones eos dorſum: in reliquiis tuis p̄parabis vultū eoꝝ.

Exaltare dñe in ỽtute tua: cātabimus et pſallemus ỽtutes tuas.

Deus deus meus Pſ.xxi. reſpice me quare me dereliquiſti: longe a ſalute mea verba delictorum meorum.

Deus meus clamabo per diem et non exaudies: et nocte et nō ad inſipientiam mihi.

Tu autē in ſancto habitas: laus iſrael.

In te ſperauerunt patres noſtri: ſperauerunt et liberaſti eos.

Ad te clamauerunt et ſalui facti ſunt: in te ſperauerunt et non ſunt confuſi.

Ego aūt ſum vermis ꝛ nō hō: opprobriū hoīm et abiectio plebis.



Dicite in nacionibus

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK gefördert durch Baden-Württemberg

Omnes videntes me deriſerunt me: locuti ſunt labijs et mouerunt caput.
Sperauit in dño eripiat eum: ſaluum faciat eum qm̃ vult eum.
Quoniam tu es qui extraxiſti me de ventre: ſpes mea ab vberibus matris mee: in te proiectus ſum ex vtero.
De ventre mr̃is mee deus meus es tu: ne diſceſſeris a me.
Quoniaꝫ tribulatio proxima eſt: quoniam non eſt qui adiuuet.
Circũdederunt me vituli multi: tauri pingues obſederunt me.
Aperuerũt ſuper me os ſuũ: ſicut leo rapiens et rugiens.
Sicut aqua effuſus ſum: ⁊ diſperſa ſunt omnia oſſa mea.
Factum eſt cor meum tanꝗ̃ cera liqueſcẽs: in medio vẽtris mei.
Aruit tanꝗ̃ teſta virtus mea: et lĩgua mea adheſit faucibus meis: et in puluerẽ mortis deduxiſti me
Quoniam circundederunt me canes multi: cõcilium malignãtium obſedit me.
Foderunt manus meas ⁊ pedes meos: dinumerauerũt omnia oſſa mea.
Ipſi vero conſiderauerunt et inſpexerunt me: diuiſerunt ſibi veſtimenta mea et ſuper veſtẽ meam miſerunt ſortem.
Tu autem domine ne elongaueris auxilium tuũ: ad defenſionem meam conſpice.
Erue a framea deus aĩam meam: et de manu canis vnicam meam.
Salua me ex ore leonis: et a cornibus vnicorniũ humilitatẽ meã.
Narrabo nomen tuum fratribus meis: in medio eccl̃ie laudabo te.
Qui timetis dominũ laudate eũ: vniuerſum ſemen iacob glorificate eum.
Timeat eum omne ſemen iſrael: quoniam nõ ſpreuit neq̃ deſpexit deprecationem pauperis.
Nec auertit faciem ſuam a me: et cum clamarem ad eum exaudiuit me.
Apud te laus mea in eccl̃ia magna: vota mea reddam in cõſpectu timentium eum.
Edent pauperes et ſaturabunt: et laudabunt dominum qui requirunt eum: viuent corda eorum in ſeculum ſeculi.
Reminiſcentur ⁊ cõuertentur ad dominum: vniuerſi fines terre.
Et adorabunt in cõſpectu eius: vniuerſe familie gentium.
Quoniam domini eſt regnum: et ipſe dominabitur gentium.
Manducauerunt ⁊ adorauerunt omnes pingues terre: in cõſpectu eius cadent omnes qui deſcẽdũt in terram.
Et anima mea illi viuet: ⁊ ſemen meum ſeruiet ipſi.
Annunciabitur domino generatio ventura: ⁊ annunciabunt celi iuſticiam eius populo qui naſcetur: quem fecit dominus.
Añ. Domine in virtute tua letabitur rex. viij. Pſalmus. xxij.
Dominus regit me et nihil mihi deerit: in loco paſcue ibi me collocauit.

Super aquam refectionis educa uit me: aīam meam conuertit.
Deduxit me ſuper ſemitas iuſticie: propter nomen ſuum.
Nam et ſi ambulauero in medio vmbre mortis non timebo mala: quoniam tu mecum es.
Uirga tua et baculus tuus: ipſa me conſolata ſunt.
Paraſti in cōſpectu meo mēſam: aduerſus eos qui tribulant me.
Impinguaſti in oleo caput meū: et calix meus inebrians ꝙ̄ precla rus eſt.
Et mīa tua ſubſequetur me; omnibus diebus vite mee.
Et vt inhabitem in domo dñi: in longitudinem dierum. ps. xxiij.

Domini eſt terra et plenitudo eius: orbis terrarum et vniuerſi qui habitant in eo.
Quia ipſe ſuper maria fundauit eū: ⁊ ſuper flumina preparauit eū.
Quis aſcēdet in mōtem dñi: aut quis ſtabit in loco ſancto eius.
Innocēs manibus et mūdo corde: qui non accepit in vano aīam ſuā: nec iurauit in dolo ꝓximo ſuo
Hic accipiet bñdictionem a domino: et mīam a deo ſalutari ſuo.
Hec eſt generatio querētium eū; querentium faciem dei iacob.
Attollite portas principes veſtras: et eleuamini porte eternales: et introibit rex glorie.
Quis eſt iſte rex glīe: dñs fortis et potens. dñs potens in prelio.
Attollite portas principes veſtras: et eleuamini porte eternales; et introibit rex glorie.
Quis eſt iſte rex glīe: dñs virtutū ipſe eſt rex glorie. an. Dñs regit me et nihil mihi deerit: in loco paſcue ibi me collocauit. xij. ps. xxiiij.

Ad te domine leuaui aīam meam: deus meus in te cōfido non erubeſcam.
Neqꝫ irrideant me inimici mei: etenim vniuerſi qui ſuſtinent te nō confundentur.
Confundantur oēs iniqua agentes: ſuperuacue.
Uias tuas dñe demonſtra mihi: et ſemitas tuas edoce me.
Dirige me in veritate tua ⁊ doce me: qa tu es deus ſaluator meus ⁊ te ſuſtinui tota die.
Reminiſcere miſerationū tuarum dñe: ⁊ mīaꝝ tuaꝝ que a ſeculo ſūt.
Delicta iuuētutis mee: et ignorantias meas ne memineris
Scdm mīam tuā memēto mei tu: propter bonitatem tuā domine.
Dulcis ⁊ rectus dñs: ꝓpter hoc legē dabit delinquentibus in via.
Diriget māſuetos in iudicio: docebit mites vias ſuas.
Uniuerſe vie dñi miſericordia ⁊ veritas: requirentibus teſtamentum eius et teſtimonia eius.
Propter nomen tuū dñe ꝓpiciaberis pctō meo: multum eſt enim.
Quis eſt homo qui timet dñm: legem ſtatuit ei in via quā elegit.
Anima eius in bonis demorabitur: ⁊ ſemē eius hereditabit terrā.
Firmamentū eſt dominus timentibus eum: et teſtamentum ipſius vt manifeſtetur illis.
Oculi mei ſemꝑ ad dñm; qm̄ ipſe

ꝛuellet de laqueo pedes meos.
Reſpice in me et miſerere mei: qꝛ
vnicus et pauper ſum ego.
Tribulatiões cordis mei multi=
plicate ſũt: de neceſſitatibus meis
erue me.
Vide humilitatem meã et labo=
rem meum: ⁊ dimitte vniuerſa de=
licta mea.
Reſpice inimicos meos quoniã
multiplicati ſunt: et odio iniquo
oderunt me.
Cuſtodi aĩam meam et erue me:
nõ erubeſcã qm̃ ſperaui in te.
Innocentes et recti adheſerunt
mihi: quia ſuſtinui te.
Libera deus iſrael: ex omnibus
tribulationibus ſuis. ps. xxv.
Iudica me domine qm̃ ego
in inocẽtia mea igreſſus ſũ:
et in dño ſperãs non infirmabor.
Proba me dñe ⁊ tempta me: vre
renes meos et cor meum.
Qm̃ mia tua añ oculos meos eſt:
et complacui in veritate tua.
Non ſedi cum cõcilio vanitatis:
⁊ cũ iniqua gerẽtibus nõ introibo
Odiui eccleſiam malignantium:
et cum impijs non ſedebo.
Lauabo inter innocẽtes manus
meas: ⁊ circũdabo altare tuũ dñe.
Vt audiã vocem laudis: ⁊ enar=
rem vniuerſa mirabilia tua.
Dñe dilexi decorẽ domus tue: et
locum habitationis glorie tue.
Ne perdas cũ impijs deus ani=
mam meam: ⁊ cum viris ſanguinũ
vitam meam.
In quorũ manibus iniquitates
ſunt: dextera eorum repleta eſt mu
neribus.
Ego autem in innocẽtia mea in=
greſſus ſum: redime me et miſere=
re mei.
Pes meus ſtetit in directo: in ec
cleſijs benedicam te domine. añ.
Oculi mei ſemper ad dominũ. iiij. ℟
Memor fui nocte nois tui domine.
Et cuſtodiui legem tuã. Qui qdem
℟. dr a trinitate vſq ad aduentum
Et ab octauis epypha. vſq ad pri
mã dñicã quadrageſime. ¶ Per
aduentũ ℟. Ex ſyon ſpecies decoris
eius. Deus noſter manifeſte veniet.
¶ In quadrageſima ℟ Dicet dño
ſuſceptor meꝰ es tu. Et refugiũ meũ
deus meus ſperabo in eum. ¶ Tpe
paſſionis ℟. Diuiſerũt ſibi veſtimẽ=
ta mea. Et ſuper veſtem meam miſe=
runt ſortem. ¶ Tpe paſchali. añ.
Al'a. viij. ℟. Surrexit dñs de ſepul=
chro. Qui ꝓ nobis pepẽdit in ligno
alleluya. ¶ Diebus dñicis et fe=
ſtis ante lectionem Benedictio.
Benedictione perpetua: benedicat
nos pater eternus.
¶ In ſcđo nocturno. ps. xxvi.
Dominus illumina
tio mea ⁊ ſalꝰ mea:
quem timebo.
Dñs ꝓtector vi=
te mee: a quo tre=
pidabo.
Dum appropiãt ſuper me nocẽ=
tes: vt edant carnes meas.
Qui tribulãt me inimici mei: ipſi
infirmati ſunt et ceciderunt.
Si cõſiſtant aduerſum me caſtra:
non timebit cor meum.
Si exurgat aduerſum me preliũ:

in hoc ego ſperabo.
Unã petij a domino hanc requi=
ram: vt inhabitem in domo domi=
ni omnibus diebus vite mee.
Ut videam voluntatem domini:
et viſitem templum eius.
Quoniam abſcondit me in taber
naculo ſuo in die malorum: pro=
texit me in abſcondito tabernacu
li ſui.
In petra exaltauit me: et nũc ex=
altauit caput meum ſuper inimi=
cos meos.
Circuiui et immolaui in taberna
culo eius hoſtiam vociferationis:
cantabo et pſalmũ dicam dño.
Exaudi domine vocem meã qua
clamaui ad te: miſerere mei et ex=
audi me.
Tibi dixit cor meum exquiſiuit
te facies mea: faciem tuam domi=
ne requiram.
Ne auertas faciem tuam a me: ne
declines in ira a ſeruo tuo.
Adiutor me⁹ eſto. ne dereliquas
me: neq꜄ deſpicias me deus ſalu=
taris meus.
Quoniã pater meus ⁊ mater mea
dereliquerũt me: dominus autem
aſſumpſit me.
Legem pone mihi domine in via
tua: ⁊ dirige me in ſemita recta ꝓ=
pter inimicos meos.
Ne tradideris me in animas tri=
bulantium me: quoniam inſurrexe
runt in me teſtes iniqui et mentita
eſt iniquitas ſibi.
Credo videre bona domini: in
terra viuentium.
Expecta dominũ. viriliter age:
et confortetur cor tuum. et ſuſtine
dominum. Pſalmus. xxvij.
Ad te domine clamabo de=
us me⁹ ne ſileas a me ne=
quando taceas a me: et aſſimila=
bor deſcendentibus in lacum.
Exaudi domine vocem depre=
cationis mee dum oro ad te: dum
extollo manus meas ad templum
ſanctum tuum.
Ne ſimul tradas me cum pecca=
toribus: et cum operantibus ini=
quitatem ne perdas me.
Qui loquuntur pacem cum pro=
ximo ſuo: mala autem in cordibus
eorum.
Da illis ſecũdum opera eorum:
et ſecundum nequitiam adinuen=
tionum ipſorum.
Secundũ opera manuum eorum
tribue illis: redde retributionem
eorum ipſis.
Quoniam non intellexerunt ope
ra dñi: et in opa manuũ eius: de=
ſtrues illos ⁊ non edificabis eos.
Benedictus dominus: quoniam
exaudiuit vocẽ depcationis mee.
Dominus adiutor meus et pro=
tector meus: et in ipſo ſperauit cor
meum et adiutus ſum.
Et refloruit caro mea: ⁊ ex volun
tate mea confitebor ei.
Dominus fortitudo plebis ſue:
et ꝓtector ſaluationum chriſti ſui
eſt.
Saluum fac populum tuum do=
mine: et benedic hereditati tue:
et rege eos et extolle illos vſq꜄ in
eternum. añ. Dominus defenſor vi=
te mee. Pſalmus. xxviij.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK gefördert durch Baden-Württemberg

Afferte dño filij dei: afferte domino filios arietum.

Afferte dño gloriã et honorem: afferte domino gloriam noĩ eius: adorate dñm in atrio ſancto eius.

Vox domini ſuper aquas: deus maieſtatis intonuit: dominus ſuper aquas multas.

Vox domini in virtute: vox domini in magnificentia.

Vox dñi cõfringentis cedros: ꝛ cõfringet dñs cedros libani.

Et cõminuet eas tanq̃ꝫ vitulum libani: et dilectus queadmodum filius vnicornium.

Vox domini intercidentis flammam ignis: vox domini cõcutientis deſertum: et commouebit dominus deſertum cades.

Vox dñi preparantis ceruos: et reuelabit cõdenſa: ꝛ in tẽplo eius omnes dicent gloriam.

Dñs diluuium inhabitare facit: et ſedebit dñs rex in eternum.

Dominus virtutem populo ſuo dabit: dominus benedicet populo ſuo in pace. Pſalmus.xxix.

Exaltabo te dñe qm̃ ſuſcepiſti me: nec delectaſti inimicos meos ſuper me.

Domine deus meus clamaui ad te: et ſanaſti me.

Domine eduxiſti ab inferno animam meam: ſaluaſti me a deſcendentibus in lacum.

Pſallite dño ſancti eius: ꝛ ꝯfitemini memorie ſanctitatis eius.

Qm̃ ira in indignatione eius: et vita in voluntate eius.

Ad veſperũ demorabitur fletus: et ad matutinum leticia.

Ego autem dixi in abundantia mea: non mouebor in eternum.

Domine in voluntate tua: preſtitiſti decori meo virtutem.

Auertiſti faciem tuam a me: et factus ſum conturbatus.

Ad te domine clamabo: ꝛ ad deũ meum deprecabor.

Que vtilitas in ſanguine meo: dũ deſcendo in corruptionem.

Nunqd confitebitur tibi puluis: aut annũciabit veritatem tuam.

Audiuit dñs et miſertus eſt mei: dñs factus eſt adiutor meus.

Conuertiſti plãctum meũ in gaudium mihi: conciđiſti ſaccũ meum et circundediſti me leticia.

Vt cantet tibi gloria mea et non cõpungar: dñe deus meus in eternũ cõfitebor tibi. An. Adorate dñm in aula ſancta eius. viij. ps.xxx.

In te domine ſperaui nõ cõfundar in eternum: in iuſticia tua libera me.

Inclina ad me aurem tuam: accelera vt eruas me.

Eſto mihi in deũ ꝓtectorẽ: ꝛ in domũ refugij: vt ſaluũ me facias.

Qm̃ fortitudo mea et refugium meũ es tu: ꝛ propter nomen tuum deduces me ꝛ enutries me.

Educes me de laqueo quem abſconderũt mihi: quoniã tu es protector meus.

In manus tuas commendo ſpiritum meum: redemiſti me domine deus veritatis.

Odiſti obſeruãtes vanitates: ſuperuacue.

Ego autē in dño ſperaui:exulta=
bo et letabor in mīa tua.
Quō reſpexiſti humilitatē meam:
ſaluaſti de neceſſitatib9 aīam meā.
Nec concluſiſti me in manibus
inimici:ſtatuiſti in loco ſpacioſo
pedes meos.
Miſerere mei dñe qm̄ tribulor:cō
turbat9 eſt in ira oculus meus ani
ma mea et venter meus.
Qm̄ defecit in dolore vita mea:et
anni mei in gemitibus.
Infirmata eſt in paupertate vir=
tus mea:⁊ oſſa mea ꝯturbata ſunt.
Sup oēs inimicos meos factus
ſum opprobriū vicinis meis val=
de:⁊ timor notis meis.
Qui videbant me foras fugerūt
a me:obliuioni datus ſum tanꝙ̄
mortuus a corde.
Factus ſum tāꝙ̄ vas perditum:
qm̄ audiui vituperationem multo
rum cōmorantium in circuitu.
In eo dum cōuenirent ſimul ad=
uerſum me:accipere animā meam
conſiliati ſunt.
Ego autem in te ſperaui dñe:di=
xi deus meus es tu in manib9 tuis
ſortes mee.
Eripe me de manu inimicorum
meorum:et a perſequentibus me.
Illuſtra faciē tuā ſup ſeruū tuū:
ſaluū me fac in mīa tua dñe:nō cō=
fundar qm̄ inuocaui te.
Erubeſcant impij ⁊ deducantur
in infernū:muta fiāt labia doloſa.
Que loquuntur aduerſus iuſtum
iniq̄tatem:in ſupbia et in abuſione
Quam magna multitudo dulce=
dinis tue domine:quam abſcon=
diſti timentibus te.
Perfeciſti eis qui ſperant in te:
in conſpectu filiorum hominum.
Abſcondes eos in abſcondito fa
ciei tue:a cōturbatione hoīm.
Proteges eos ī tabernacl'o tuo:
a contradictione linguarum.
Benedictus dñs:qm̄ mirificauit
miām ſuā mihi in ciuitate munita.
Ego autem dixi in exceſſu men=
tis mee:proiectus ſum a facie ocu
lorum tuorum.
Ideo exaudiſti vocem orationis
mee:dum clamarem ad te.
Diligite dñz oēs ſancti eius:qm̄
veritatem requiret dominus.⁊ re
tribuet abundanter faciētibus ſu=
perbiam.
Viriliter agite ⁊ confortetur cor
veſtrum:omnes qui ſperatis in do
mino.

Pſalmus.xxxi.

Beati quorꝫ remiſſe ſunt ini=
quitates:et quorum tecta
ſunt peccata.
Beatus vir cui nō imputabit do
minus peccatum:nec eſt in ſpiritu
eius dolus.
Quoniā tacui inueterauerūt oſſa
mea:dum clamarem tota die.
Qm̄ die ac nocte grauata eſt ſu=
per me manus tua:conuerſus ſum
in erumpna mea/dum configitur
ſpina.
Delictum meū cognitū tibi feci:
et iniuſticias meas non abſcondi.
Dixi cōfitebor aduerſum me in=
iuſticiam meam dño:⁊ tu remiſiſti
impietatem peccati mei.
Pro hac orabit ad te omnis ſan=
ctus:in tempore oportuno.
Verūtñ in diluuio aquarꝫ multa
rum:ad eū non approximabunt.

Tu es refugium meum a tribulatione que circūdedit me: exultatio mea erue me a circundantibus me.
Intellectū tibi dabo et inſtruam te: in via hac qua gradieris firmabo ſuper te oculos meos.
Nolite fieri ſicut equus et mul⁹ quibus non eſt intellectus.
In chamo et freno maxillas eorꝫ conſtringe: qui non approximant ad te.
Multa flagella peccatoris: ſperātes autem in domino miſericordia circundabit.
Letamini in domino et exultate iuſti: et gloriamini omnes recti corde.
Ān. In tua iuſticia libera me dñe. viij.
℣. Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi. Super iudicia iuſtificationis tue. Qui ℣. dicitur a trinitate vſqꝫ ad aduen. Et ab octa. epyphā. vſqꝫ ad primā dñicā quadrageſime. In aductu. ℣. Egredietur dñs de loco ſancto ſuo. Veniet vt ſaluet populum ſuum. In. xl. ℣. Ipſe liberauit me de laqueo venātiū. Et a verbo aſpero. Tpe paſſionis. ℣. Inſurrexerunt in me teſtes iniqui. Et mentita eſt iniquitas ſibi. Tempore paſchali vſqꝫ ad penthecoſtē iclusiue. ān. Alleluya. viij. ℣. Surrexit dominus vere. Et apparuit ſymoni alleluya. Dñicis diebus et feſtis ante lectionem. Benedictio. Benedicat nos de⁹ pater ꝛc. et cuſtodiat ſemper ꝛc. Ad cāti. ān. Alleluya. iij. ℣. Exaltare. et in canticis loco ſuo. Ad laud. ps. Miſerere mei deus ps. Cōfitemini. ps. Deus deus meus. Canticū. Benedicite omīa. ps. Laudate dñm. ān. Alleluya. vij. Que dicitur a trinitate vſqꝫ ad primam dominicam quadrageſime. Sed toto tempore paſchali vſqꝫ ad pēthe. incluſiue ān. Alleluya. iii. Capitulum.

Benedictio et claritas ꝛ ſapientia ꝛ gratiarum actio ꝛ honor ꝛ virtus ꝛ fortitudo deo noſtro. in ſecula ſeculorum amen. ℟. Hec eſt dies quam fecit dominus. ℣. Exultemus et letemur in ea. Quam. Hymnus. Splēdor. ℣. Dominus regnauit decorem induit. Induit dominus fortitudinē et precinxit ſe virtute. ān. ad benedictus et coll. de dominica currente. Feria ſcda Inuitato. Venite exultemus domino. ps. Iubilemus deo. Hymnus Eterne rerum conditor. Nota ꝙ inuitatoria ferialia que in hac feria ꝛ ſequentibus ſcribuntur ſolum dicuntur a feſto omnium ſanctorum vſqꝫ ad aduentum. Et ab octauis epyphanie vſqꝫ ad dominicam in paſſione. Per aduentum. Inuitatorium. Regem venturum dominum. Venite adoremus. Tempore paſſionis. Inuitato. Adoremus dominum. Qui nos redemit per crucem. Tēpore paſcha. vſqꝫ ad pēthecoſten. Inuitato. Alleluya. iij. A feſto trinitatis vſqꝫ ad feſtum omnium ſanctorum diebus feriatis nullum dicitur inuitatorium. ſed loco inuitatorij dicitur ps nonageſimus quartus: ſcꝫ Venite exultemus do. Hymnus. Eterne rerum conditor.
In primo nocturno: ps. xxxij.

Exultate iuſti in domino: rectos decet laudatio.
Confitemini domino in cythara: in pſalterio decē chordarum pſallite illi.
Cantate ei canticum nouum: bene pſallite ei in vociferatione.
Quia rectum eſt verbum domini: et omnia opera eius in fide.
Diligit miſericordiā et iudiciū: miſericordia dn̄i plena eſt terra.
Verbo domini celi firmati ſunt: et ſpiritu oris eius omnis virtus eorum.
Congregans ſicut in vtre aquas maris: ponēs ī theſauris abyſſos.
Timeat dominum omnis terra: ab eo autem commoueantur omnes inhabitantes orbem.
Quoniam ipſe dixit et facta ſunt: ipſe mandauit et creata ſunt.
Dominus diſſipat conſilia gentium: reprobat autem cogitationes populorum: ⁊ reprobat conſilia principum.
Cōſilium autē dn̄i in eternū manet: cogitatiōes cordis eius in generatione ⁊ generationem.
Beata gens cuius eſt dn̄s deus eius: populus quem elegit in hereditatem ſibi.
De celo reſpexit dominus: vidit omnes filios hominum.
De p̄parato habitaculo ſuo: reſpexit ſuper omnes qui habitant terram.
Qui finxit ſingillatim corda eorum: qui intelligit oīa opera eoꝝ.
Non ſaluatur rex per multā virtutem: et gygas non ſaluabitur in multitudine virtutis ſue.
Fallax equus ad ſalutē: in abundantia autem virtutis ſue non ſaluabitur.
Ecce oculi domini ſuper metuentes eum: et in eis qui ſperant ſuper miſericordia eius.
Ut eruat a morte animas eorum: et alat eos in fame.
Anima noſtra ſuſtinet dominum: quoniam adiutor et protector noſter eſt.
Quia in eo letabitur cor noſtruꝫ: et in nomine ſancto eius ſperauimus.
Fiat miſericordia tua domine ſuper nos: quemadmodum ſperauimus in te.

Pſalmus.xxxiij.

Benedicam dominū in omni tēpore: ſemper laus eius in ore meo.
In domino laudabitur aīa mea: audiant manſueti et letentur.
Magnificate dominum mecum: et exaltemus nomen eius in idipſum.
Exquiſiui dominum ⁊ exaudiuit me: ⁊ ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.
Accedite ad eum et illuminamini: et facies veſtre non confundentur.
Iſte pauper clamauit ⁊ dominus exaudiuit eum: et de omnibus tribulationibus eius ſaluauit eum.
Immittit angelus domini in circuitu timentiū eum: et eripiet eos.
Guſtate et videte quoniam ſuauis eſt dn̄s: beatus vir qui ſperat in eo.

Timete dñi oēs ſancti eius:qm̄ non eſt inopia timentibus eum.
Diuites eguerunt et eſurierunt: inquirentes autem dominum non minuentur omni bono.
Venite filij audite me: timorem domini docebo vos.
Quis eſt homo qui vult vitam:diligit dies videre bonos.
Prohibe linguam tuam a malo: et labia tua ne loquantur dolum.
Diuerte a malo ⁊ fac bonum:inquire pacem et perſequere eam.
Oculi domini ſuper iuſtos:et aures eius in preces eorum.
Vultus autem domini ſuper facientes mala: vt perdat de terra memoriam eorum.
Clamauerunt iuſti et dñs exaudiuit eos:⁊ ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos.
Iuxta eſt dñs his qui tribulato ſunt corde: et humiles ſpiritu ſaluabit.
Multe tribulationes iuſtorum:⁊ de oībus his liberabit eos dñs.
Cuſtodit dñs omnia oſſa eorum: vnum ex his non conteretur.
Mors peccatorum peſſima:⁊ qui oderunt iuſtum delinquent.
Redimet dñs aīas ſeruoꝝ ſuorū: et non delinquent omnes qui ſperant in eo. an. Rectos decet collaudatio. j. Pſalmus.xxxiiij.

Iudica dñe nocētes me:expugna impugnantes me.
Apprehende arma ⁊ ſcutū:et exurge in adiutorium mihi.
Effunde frameā et conclude aduerſus eos qui perſequuntur me: dic anime mee ſalus tua ego ſum.
Confundantur et reuereantur: querentes animam meam.
Auertantur retrorſum ⁊ confundantur:cogitantes mihi mala.
Fiāt tanq̄ puluis ante faciē venti:et angelus dñi coartans eos.
Fiat via illorum tenebre et lubricum:et angelus dñi pſequēs eos.
Qm̄ gratis abſcōderunt mihi interitum laquei ſui:ſuperuacue exprobrauerunt animam meam.
Veniat illi laqueus quem ignorat⁊ et captio quam abſcondit apprehendat eum:et in laqueum cadat in ipſo.
Anima autem mea exultabit in domino:et delectabitur ſuper ſalutari ſuo.
Omnia oſſa mea dicent: domine quis ſimilis tui.
Eripiens inopem de manu fortiorum eius:egenum et pauperem a diripientibus eum.
Surgētes teſtes iniqui:que ignorabam interrogabant me.
Retribuebant mihi mala pro bonis:ſterilitatem anime mee.
Ego autem cum mihi moleſti eſſent:induebar cilicio.
Humiliabam in ieiunio animam meā: ⁊ orō mea ī ſinu meo ↄuertet.
Quaſi ꝓximum quaſi fratrem noſtrum ſic cōplacebā: quaſi lugens et contriſtatus ſic humiliabar.
Et aduerſum me letati ſunt ⁊ cōuenerunt:cōgregata ſunt ſuper me flagella et ignoraui.
Diſſipati ſunt nec ↄpuncti⁊ temptauerunt me ſubſannauerunt me ſubſannatione: frenduerunt ſuper me dentibus ſuis.

Domine quando reſpicies: reſti=
tue aīam meam a malignitate eo=
rum/a leonibus vnicam meam.
Cōfitebor tibi in eccl'ia magna:
in populo graui laudabo te.
Non ſupergaudeant mihi qui ad
uerſantur mihi inique: qui oderūt
me gratis et annuunt oculis.
Qm̄ mihi quidem pacifice loque
bantur: et in iracūdia terre loquen
tes dolos cogitabant.
Et dilatauerūt ſuper me os ſuū:
dixerunt euge euge viderunt ocu
li noſtri.
Vidiſti domine ne ſileas: domi=
ne ne diſcedas a me.
Exurge et intende iudicio meo:
deus meus et dn̄s meus in cau=
ſam meam.
Iudica me ſcdm̄ iuſticiam tuam
domine deus meus: et non ſuper=
gaudeant mihi.
Non dicant in cordibus ſuis eu=
ge euge anime noſtre: nec dicant
deuorauimus eum.
Erubeſcant et reuereātur ſimul:
qui gratulantur malis meis.
Induantur confuſione ⁊ reueren
tia: qui maligna loquūtur ſup me.
Exultent et letentur qui volunt
iuſticiam meam: et dicant ſemper
magnificetur dominus qui volūt
pacem ſerui eius.
Et lingua mea meditabitur iuſti
ciam tuam: tota die laudem tuam.
An. Expugna impugnantes me. j.
Ps.xxxv. qui dr̄ ad laud. ferie ſcde
Dixit iniuſtus vt delinquat
in ſemetipſo: non eſt timor
dei ante oculos eius.
Quoniam doloſe egit in ɔſpectu


eius: vt inueniatur iniquitas eius
ad odium.
Verba oris eius iniq̄tas ⁊ dolus:
noluit intelligere vt bene ageret.
Iniquitatem meditatus eſt in cu
bili ſuo: aſtitit omni vie nō bone:
maliciam autem non odiuit.
Dn̄e in celo miſericordia tua: et
veritas tua vſq; ad nubes.
Iuſticia tua ſicut montes dei: iu
dicia tua abyſſus multa.
Homines et iumēta ſaluabis do=
mine: quemadmodum multiplica
ſti miam tuam deus.
Filij autem hominū: in tegmine
alarum tuarum ſperabunt.
Inebriabuntur ab vbertate do=
mus tue: ⁊ torrente voluptatis tue
potabis eos.
Qm̄ apud te eſt fons vite: et in lu
mine tuo videbimus lumen.
Pretende miſericordiā tuā ſcien
tibus te: et iuſticiam tuam his qui
recto ſunt corde.
Non veniat mihi pes ſuperbie: ⁊
manus pctōris non moueat me.
Ibi ceciderunt qui operātur ini=
quitatem: expulſi ſunt nec potue=
runt ſtare. Pſalmus.xxxvj.
Noli emulari in malignāti=
bus: neq; zelaueris facien
tes iniquitatem.
Quoniam tanq̄ fenum velociter
areſcent: et quemadmodum olera
herbarum cito decident.
Spera in domino et fac bonita=
tem: ⁊ inhabita terrā/ ⁊ paſceris in
diuitijs eius.
Delectare in domino: ⁊ dabit ti=
bi petitiones cordis tui.
Reuela domino viam tuā: ⁊ ſpe=

ra in eo:et ipſe faciet.
Et educet quaſi lumen iuſticiaȝ tuam⁊ ⁊ iudiciũ tuum tanq̃ meridiem: ſubditus eſto dño et ora eũ.
Noli emulari in eo qui proſpera tur in via ſua: in homine faciente iniuſticias.
Deſine ab ira ⁊ derelinque furorem: noli emulari vt maligneris.
Quõ qui malignãtur extermina būtur: ſuſtinẽtes autem dominum ipſi hereditabunt terram.
Et adhuc puſillum ⁊ nõ erit pec cator: et queres locum eius ⁊ non inuenies.
Manſueti autem hereditabũt terram: et delectabuntur in multitudine pacis.
Obſeruabit pctõr iuſtũ: et ſtridebit ſuper eum dentibus ſuis.
Dominus autem irridebit eum: qm̃ proſpicit q̃ veniet dies eius.
Gladiũ euaginauerunt pctõres: intenderunt arcum ſuum.
Ut decipiãt pauperem et inopẽ: vt trucident rectos corde.
Gladius eoꝝ intret in corda ipſorum: ⁊ arcus eorum confringatur.
Melius eſt modicum iuſto: ſuper diuitias peccatorum multas.
Quõ brachia peccatoꝝ cõterent: confirmat autem iuſtos dñs.
Nouit dñs dies immaculatoꝝ: ⁊ hereditas eorum in eternũ erit.
Non confundentur in tẽpore ma lo⁊ et in diebus famis ſaturabunt: quia peccatores peribunt.
Inimici vero domini mox honorificati fuerit ⁊ exaltati: deficiẽtes/ quemadmodum fumus deficient.
Mutuabitur pctõr ⁊ nõ ſoluet: iuſtus autem miſeretur ⁊ tribuit.
Quia benedicentes ei hereditabunt terram: maledicentes autem ei diſperibunt.
Apud dñm greſſus hoĩs dirigentur: et viam eius volet.
Cum ceciderit nõ collidetur: q̃a dominus ſupponit manum ſuam.
Iunior fui etenim ſenui⁊ ⁊ nõ vidi iuſtuȝ derelictũ: nec ſemen eius querens panem.
Tota die miſeretur et cõmodat: et ſemen illius in bñdictione erit.
Declina a malo **Diuiſio.** et fac bonũ: et inhabita in ſeculum ſeculi.
Quia dominus amat iudicium⁊ et nõ derelinquet ſanctos ſuos: in eternum conſeruabuntur.
Iniuſti punientur: ⁊ ſemen impiorum peribit.
Iuſti autem hereditabunt terrã: et inhabitabunt in ſeculum ſeculi ſuper eam.
Os iuſti meditabitur ſapientiam: et lingua eius loquetur iudicium.
Lex dei eius in corde ipſius: et non ſupplãtabuntur greſſus eius.
Conſiderat pctõr iuſtum: et querit mortificare eum.
Dñs autem nõ derelinquet eum in manibus eius: nec dãnabit eum cum iudicabitur illi.
Expecta dominũ et cuſtodi viã eius⁊ et exaltãbit te vt hereditate capias terram: cum perierint peccatores videbis.
Uidi impium ſuperexaltatum: et eleuatum ſicut cedros libani.
Et trãſiui ⁊ ecce nõ erat: queſiui eum ⁊ nõ eſt inuentus locus eius.

Cuſtodi innocentiã et vide equitatem: quoniam ſunt reliquie homini pacifico.
Iniuſti autem diſperibunt: ſimul reliquie impiorum interibunt.
Salus autem iuſtorū a domino: et protector eorum in tempore tribulationis.
Et adiuuabit eos dñs et liberabit eos: et eruet eos a pctõrib9: et ſaluabit eos q̃a ſperauerũt in eo. an. Reuela dño viã tuã. vj. ps. xxxvij.
Domine ne in furore tuo arguas me: neq̧ ĩ ira tua corripias me.
Quoniam ſagitte tue infixe ſunt mihi: et confirmaſti ſuper me manum tuam.
Non eſt ſanitas in carne mea a facie ire tue: nõ eſt pax oſſibus meis a facie peccatorum meorum.
Qm̃ iniquitates mee ſupergreſſe ſunt caput meum: ⁊ ſicut onus graue grauate ſunt ſuper me.
Putruerũt et corrupte ſunt cicatrices mee: a facie inſipiẽtie mee.
Miſer factus ſum ⁊ curuatus ſum vſq̧ in finem: tota die cõtriſtatus ingrediebar.
Quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſionibus: et non eſt ſanitas in carne mea.
Afflictus ſum et humiliatus ſum nimis: rugiebam a gemitu cordis mei.
Domine ante te omne deſideriũ meum: et gemitus meus a te non eſt abſconditus.
Cor meum conturbatum eſt. dereliquit me virtus mea: et lumen oculorum meorum/ et ipſum nõ eſt mecum.
Amici mei et proximi mei: aduerſum me appropinquauerunt ⁊ ſteterunt.
Et qui iuxta me erãt de longe ſteterunt: et vim faciebant qui querebant animam meam.
Et qui inquirebant mala mihi locuti ſunt vanitates: et dolos tota die meditabantur.
Ego autem tanq̃ ſurdus non audiebam: et ſicut mutus nõ aperiẽs os ſuum.
Et factus ſum ſicut homo nõ audiens: ⁊ non habens in ore ſuo redargutiones.
Qm̃ in te domine ſperaui: tu exaudies domine deus meus.
Quia dixi nequando ſupergaudeant mihi inimici mei: ⁊ dum cõmouentur pedes mei ſuper me magna locuti ſunt.
Quoniam ego in flagella paratus ſum: et dolor meus in cõſpectu meo ſemper.
Qm̃ iniquitatẽ meã annunciabo: et cogitabo pro peccato meo.
Inimici autem mei viuũt et cõfirmati ſunt ſuper me: et multiplicati ſunt qui oderunt me inique.
Qui retribuunt mala pro bonis detrahebant mihi: quoniam ſequebar bonitatem.
Ne derelinquas me domine deus meus: ne diſceſſeris a me.
Intende in adiutoriũ meum: domine deus ſalutis mee.
an. Ne in ira tua arguas me dñe. v. ℣. Delectare in domino. Et dabit tibi petitiones cordis tui. Bñdictio. Deus miſereat nr̃i: et bñdicat nobis.

¶ Feria ſcda poſt trinitatem vſq; ad feſtum oim ſanctorum. Lectio.

Conſurge in nocte in principio vigiliarū tuarum: et effunde ſicut aquam cor tuū ante cōſpectum dn̄i dei tui. Leua ad eum manus tuas: et miſerebitur tibi. Tu.

℟. Benedicam dn̄m In omni tpe. ℣. Sēper laus ei9 in ore meo. In omni.

¶ In.ij.noctur. Pſalm9.xxxviij.

Dixi cuſtodiā vias meas: vt non delinquā in lingua mea.

Poſui ori meo cuſtodiam: cum conſiſteret pctōr aduerſum me.

Obmutui et humiliatus ſum et ſilui a bonis: ⁊ dolor meus renouatus eſt.

Concaluit cor meū intra me: ⁊ in meditatiōe mea exardeſcet ignis.

Locutus ſum in lingua mea: notum fac mihi dn̄e finem meum.

Et numerum dierum meorū qui eſt: vt ſciam quid deſit mihi.

Ecce menſurabiles poſuiſti dies meos: et ſubſtantia mea tanq̄ nihilum ante te.

Veruntamen vniuerſa vanitas: omnis homo viuens.

Verūtamen in imagine pertrāſit homo: ſed et fruſtra conturbatur.

Theſaurizat et ignorat cui congregabit ea? et nunc que eſt expectatio mea nonne dominus: ⁊ ſubſtantia mea apud te eſt.

Ab omnibus iniquitatibus meis erue me: opprobrium inſipiēti dediſti me.

Obmutui ⁊ non aperui os meum: quoniam tu feciſti amoue a me plagas tuas.

A fortitudine manus tue ego defeci in increpatiōibus: ꝓpter iniquitatem corripuiſti hominem.

Et tabeſcere feciſti ſicut araneā animam eius: verūtamen vane cōturbatur omnis homo.

Exaudi orationem meam dn̄e et deprecationē meā: auribus percipe lachrymas meas.

Ne ſileas quoniam aduena ego ſum apud te et ꝑegrinus: ſicut omnes patres mei.

Remitte mihi vt refrigerer priuſq̄ abeā: ⁊ ampli9 nō ero. ps.xxxix.

Expectans expectaui dn̄m: et intendit mihi.

Et exaudiuit p̄ces meas: ⁊ eduxit me de lacu miſerie/ et de luto fecis.

Et ſtatuit ſupra petrā pedes meos: et direxit greſſus meos.

Et immiſit in os meum cāticum nouum: carmen deo noſtro.

Videbūt multi ⁊ timebunt: et ſperabunt in domino.

Beatus vir cuius eſt nomen domini ſpes eius: et nō reſpexit in vanitates et inſanias falſas.

Multa feciſti tu dn̄e deus meus mirabilia tua: ⁊ cogitatiōibus tuis non eſt qui ſimilis ſit tibi.

Annunciaui et locutus ſum: multiplicati ſunt ſuper numerum.

Sacrificiū et oblationē noluiſti: aures autem perfeciſti mihi.

Holocauſtum et pro peccato non poſtulaſti: tunc dixi ecce venio.

In capite libri ſcriptum eſt de me vt facerem volūtatem tuam deus

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK gefördert durch Baden-Württemberg

meus volui:et legem tuam in me=
dio cordis mei.
Annunciaui iuſticiam tuam in ec
cleſia magna: ecce labia mea non
prohibebo domine tu ſciſti.
Iuſticiam tuam non abſcondi in
corde meo: veritatem tuam ꝛ ſalu
tare tuum dixi.
Non abſcondi miam tuam et ve=
ritatem tuã:a concilio multo.
Tu aũt domine ne longe facias
miſerationes tuas a me:miſericor
dia tua et veritas tua ſemper ſuſce
perunt me.
Quoniam circũdederunt me ma
la quorum non eſt numerus:com=
prehẽderunt me iniquitates mee
et non potui vt viderem.
Multiplicate ſunt ſuper capillos
capitis mei: et cor meũ dereliquit
me.
Complaceat tibi domine vt eru=
as me: domine ad adiuuãdum me
reſpice.
Confundantur ꝛ reuereantur ſi=
mul: qui querũt animam meam vt
auferant eam.
Conuertãtur retrorſum et reue=
reantur:qui volunt mihi mala.
Ferant cõfeſtim confuſionẽ ſuã:
qui dicunt mihi euge euge.
Exultent et letentur ſuper te om
nes querentes te:et dicant ſemper
magnificeť dominus qui diligunt
ſalutare tuum.
Ego autem mẽdicus ſum et pau
per: dñs ſollicitus eſt mei.
Adiutor meus ꝛ protector meus
tu es; deus meus ne tardaueris.
In quadrageſima ãn. Ut non de=
linquam in lingua mea. j. p̄s.xl.



Beatus qui intelligit ſuper
egenum ꝛ pauperem: in die
mala liberabit eum dominus.
Dominus conſeruet eum et viui
ficet eum: ꝛ beatum faciat eum in
terra:ꝛ non tradat eum in animam
inimicorum eius.
Dñs opem ferat illi ſuper lectum
doloris eius: vniuerſum ſtratum
eius verſaſti in infirmitate eius.
Ego dixi dñe miſerere mei: ſana
animam meam quia peccaui tibi.
Inimici mei dixerunt mala mihi:
qñ morietur ꝛ peribit nomen eius.
Et ſi ingrediebať vt videret va=
na loquebatur: cor eius congrega
uit iniquitatem ſibi.
Egrediebatur foras: et loqueba
tur in idipſum.
Aduerſum me ſuſurrabãt omnes
inimici mei: aduerſum me cogita=
bant mala mihi.
Uerbum iniquum conſtituerunt
aduerſum me: nũquid qui dormit
non adijciet vt reſurgat.
Etenim homo pacis mee in quo
ſperaui: q̇ edebat panes meos ma=
gnificauit ſuꝑ me ſupplantationẽ.
Tu autem dñe miſerere mei ꝛ re=
ſuſcita me:et retribuam eis.
In hoc cognoui quoniam volui=
ſti me: quoniam non gaudebit ini=
micus meus ſuper me.
Me autem propter innocentiã ſu
ſcepiſti:ꝛ confirmaſti me in cõſpe=
ctu tuo in eternum.
Benedictus dñs deus iſrael a ſe
culo et in ſeculum: fiat fiat. p̄s.xlj.
Quemadmodum deſiderat
ceruus ad fontes aquarũ:
ita deſiderat aĩa mea ad te deus.

Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum: quando veniam ⁊ apparebo ante faciem dei.
Fuerunt mihi lachryme mee panes die ac nocte: dum dicitur mihi quotidie vbi eſt deus tuus.
Hec recordatus ſum et effudi in me aiam meam: quoniam tranſibo in locum tabernaculi admirabilis vſqȝ ad domum dei.
In voce exultationis et cõfeſſionis: ſonus epulantis.
Quare triſtis es aïa mea: ⁊ quare conturbas me.
Spera in deo quoniam adhuc cõfitebor illi: ſalutare vultus mei et deus meus.
Ad meipſum anima mea conturbata eſt: propterea memor ero tui de terra iordanis ⁊ hermoniijm a mõte modico.
Abyſſus abyſſum inuocat: in voce cataractarum tuarum.
Omnia excelſa tua ⁊ fluctus tui: ſuper me tranſierunt.
In die mandauit dominus miſericordiam ſuam: et nocte cãticum eius.
Apud me oratio deo vite mee: dicam deo ſuſceptor meus es.
Quare oblitꝰ es mei: ⁊ quare cõtriſtatus incedo / dum affligit me inimicus.
Dum cõfringuntur oſſa mea: exprobrauerũt mihi qui tribulãt me inimici mei.
Dum dicunt mihi per ſingulos dies / vbi eſt deus tuus: quare triſtis es anima mea. et quare cõturbas me.
Spera in deo quoniã adhuc confitebor illi: ſalutare vultus mei et deus meus. In.xl.ãn. Sana domine aïam meã quia peccaui tibi. viij ps. xlij. qui dicit ad laud. ferie.iij.

Iudica me deus et diſcerne cauſam meam de gente non ſancta: ab homine iniquo et doloſo erue me.
Quia tu es deus fortitudo mea: quare me repuliſti et quare triſtis incedo. dum affligit me inimicus.
Emitte lucem tuam et veritatem tuam: ipſa me deduxerunt et adduxerunt in mõtem ſanctum tuum et in tabernacula tua.
Et introibo ad altare dei: ad deũ qui letificat iuuentutem meam.
Confitebor tibi in cythara deus deus meꝰ: quare triſtis es anima mea. et quare conturbas me.
Spera in deo quoniam adhuc cõfitebor illi: ſalutare vultus mei et deus meus. Pſalmus.xliij.

Deus auribus noſtris audiuimus: patres noſtri annũciauerunt nobis.
Opus quod operatus es in diebꝰ eorum: et in diebus antiquis.
Manus tua gentes diſperdidit ⁊ plantaſti eos: afflixiſti populos et expuliſti eos.
Nec eñi in gladio ſuo poſſederũt terram: et brachium eorum nõ ſaluauit eos.
Sed dextera tua et brachiũ tuum et illuminatio vultus tui: quoniaȝ complacuiſti in eis.
Tu es ipſe rex meꝰ et deus meꝰ: qui mandas ſalutes iacob.
In te inimicos noſtros ventilabimus cornu: ⁊ in nomine tuo ſper=

nemus inſurgentes in nobis.

Non enim in arcu meo ſperabo: et gladius meus non ſaluabit me.

Saluaſti enim nos de affligentibus nos: et odientes nos confudiſti.

In deo laudabimur tota die: ⁊ in nomine tuo confitebimur in ſclm.

Nunc autem repuliſti ⁊ confudiſti nos: et non egredieris in virtutibus noſtris.

Auertiſti nos retrorſum poſt inimicos noſtros: ⁊ qui oderunt nos diripiebant ſibi.

Dediſti nos tanq̃ oues eſcarum: et in gentibus diſperſiſti nos.

Uendidiſti populum tuum ſine precio: et non fuit multitudo in cõmutationibus eorum.

Poſuiſti nos opprobrium vicinis noſtris: ſubſannationem ⁊ deriſum his qui ſunt in circuitu noſtro.

Poſuiſti nos in ſimilitudinẽ gentibus: cõmotionem capitis in populis.

Tota die verecundia mea cõtra me eſt: et confuſio faciei mee cooperuit me.

A voce exprobrantis et obloquentis: a facie inimici et perſequentis.

Hec omnia venerunt ſup nos nec obliti ſumus te: et inique non egimus in teſtamento tuo.

Et non receſſit retro cor noſtrũ: et declinaſti ſemitas noſtras a via tua.

Quoniam humiliaſti nos in loco afflictionis: et cooperuit nos vmbra mortis.

Si obliti ſumus nomẽ dei noſtri: et ſi expandimus manus noſtras ad deum alienum.

Nõne deus req̃ret iſta: ipſe enim nouit abſcondita cordis.

Quoniam propter te mortificamur tota die: eſtimati ſumus ſicut oues occiſionis.

Exurge quare obdormis domine: exurge ⁊ ne repellas in finem.

Quare faciem tuam auertis: obliuiſceris inopie noſtre ⁊ tribulationis noſtre.

Quoniam humiliata eſt in puluere anima noſtra: cõglutinatus eſt in terra venter noſter.

Exurge domine adiuua nos: et redime nos propter nomen tuum.

Eructauit cor meũ Ps.xliiij verbum bonũ: dico ego opera mea regi.

Lingua mea calamus ſcribe: velociter ſcribentis.

Specioſus forma pre filijs hominũ: diffuſa eſt gratia i labijs tuis: propterea bñdixit te deus in eternum.

Accigere gladio tuo ſuper femur tuum: potentiſſime.

Specie tua et pulchritudine tua: intẽde proſpere procede ⁊ regna.

Propter veritatem et manſuetudinem et iuſticiã: ⁊ deducet te mirabiliter dextera tua.

Sagitte tue acute: populi ſub te cadent in corde inimicorum regis.

Sedes tua deus in ſeculum ſeculi: virga directionis virga regni tui.

Dilexiſti iuſticiã ⁊ odiſti iniqui-

tatē:propterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie pre ꝯſortib⁹ tuis.

M yrrha ꝛ gutta et caſſia a veſtimentis tuis a domibus eburneis: ex quibus delectauerūt te filie regum in honore tuo.

Aſtitit regina a dextris tuis ī veſtitu deaurato: circūdata varietate

Audi filia ꝛ vide ꝛ inclina aurem tuam: et obliuiſcere populum tuū et domum patris tui.

Et cōcupiſcet rex decorem tuū: qm̄ ipſe eſt dn̄s deus tuus et adorabunt eum.

Et filie tyri in muneribus: vultum tuum deprecabūtur omnes diuites plebis.

Omnis gloria eius filie regis ab intus in fimbrijs aureis: circumamicta varietatibus.

Adducentur regi virgines poſt eam: proxime eius afferētur tibi.

Afferētur in leticia et exultatione: adducentur in templū regis.

Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij: conſtitues eos principes ſuper omnem terram.

Memor ero nominis tui: in omni generatione ꝛ generationem.

Propterea populi confitebūtur tibi in eternum: et in ſeculū ſeculi. Añ. Alleluya.iij. Capitulum.

Vigilate ſtate in fide: viriliter agite et cōfortamini: omnia veſtra in charitate fiant. ℣. Ego dixi dn̄e miſerere mei. Sana animam meā quia peccaui tibi. Kyri el. Chriſte el. Kyri el. Pr̄ nr̄. Et ne nos.

Salua nos omp̄s Colle. deus: et lucem nobis concede perpetuam: Per. In.xl.añ.

Eructauit cor meū verbum bonum. vj. Cap. ℣. ꝛ coll. q̄re in officio.xl. In laud. p̄s. Miſerere. p̄s. Verba mea. p̄s. Dixit iniuſtus Canticū. Cōfitebor. p̄. Laudate dn̄ʒ de ce. Añ. Miſerere mei deus. Capitulū.

Nox preceſſit. dies autē appropinquauit: abijciamus ergo opera tenebrarū: et īduamur arma lucis: ſicut in die honeſte ambulemus. ℟. Dn̄e in celo Mia tua. ℣. Et veritas tūa vſqȝ ad nubes. Mia tua. Hy⁹. Splendor. ℣. In matutinis dn̄e meditabor in te. Quia fuiſti adiutor me⁹. Ad bn̄⁹ añ. Erexit dominus nobis cornu ſalutis in domo dauid pueri ſui. Coll. de dn̄ica currente. ¶ Feria.iij. Inuitato. Iubilemus deo ſalutari noſtro. p̄s. Venite. Hy⁹. Eterne rerum cōditor.

¶ In primo nocturno. p̄s.xlv.

Deus noſter refugium et virtus: adiutor in tribulationibus que inuenerūt nos nimis.

Propterea non timebimus dum turbabitur terra: ꝛ transferentur mōtes in cor maris.

Sonauerūt et turbate ſunt aque eorum: conturbati ſunt montes in fortitudine eius.

Fluminis impetus letificat ciuitatem dei: ſanctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus.

Deus in medio eius nō commouebitur: adiuuabit eam deus mane diluculo.

Conturbate ſunt gentes et inclinata ſunt regna: dedit vocē ſuam mota eſt terra.

Dominus virtutũ nobiſcum: ſu-
ſceptoꝛ noſter deus iacob.
Venite ⁊ videte opera dñi: que
poſuit pꝛodigia ſuper terram: au-
ferens bella vſqꝫ ad finem terre.
Arcum conteret et confringet ar
ma: et ſcuta comburet igni.
Vacate ⁊ videte quoniã ego ſum
deus: exaltaboꝛ in gentibus ⁊ ex-
altaboꝛ in terra.
Dominus virtutum nobiſcum: ſu
ſceptoꝛ noſter deus iacob. p̃s.xlvj
Omnes gentes plaudite ma
nibus: iubilate deo in voce
exultationis.
Qm̃ dñs excelſus: terribilis rex
magnus ſuper omnem terram.
Subiecit populos nobis: et gen
tes ſub pedibus noſtris.
Elegit nobis hereditatem ſuã:
ſpeciem iacob quem dilexit.
Aſcẽdit deus in iubilo: dominus
in voce tube.
Pſallite deo noſtro pſallite: pſal
lite regi noſtro pſallite.
Quoniam rex omnis terre deus:
pſallite ſapienter.
Regnabit deus ſup gentes: deus
ſedet ſuper ſedem ſanctam ſuam.
Principes populoꝝ congregati
ſunt cũ deo abrahã: qm̃ dij fortes
terre vehementer eleuati ſunt. an.
Adiutor in tribulatiõibꝰ. j.p̃s.xlvij
Magnus dñs et laudabilis
nimis: in ciuitate dei noſtri
in monte ſancto eius.
Fundatur exultatione vniuerſe
terre: mons ſyon latera aquilonis
ciuitas regis magni.
Deus in domibus eius cogno-
ſcetur: cum ſuſcipiet eam.
Quoniam ecce reges congrega-
ti ſunt: conuenerunt in vnum.
Ipſi vidẽtes ſic admirati ſunt cõ
turbati ſunt commoti ſunt: tremoꝛ
appꝛehendit eos.
Ibi doloꝛes vt parturiẽtis: in ſpũ
vehementi ꝯteres naues tharſis.
Sicut audiuimus ſic vidimus in
ciuitate dñi ꝟtutũ: in ciuitate dei
nr̃i: deus fundauit eã in eternũ.
Suſcepimus deus mĩam tuam:
in medio templi tui.
Secũdum nomen tuum deus ſic
et laus tua in fines terre: iuſticia
plena eſt dextera tua.
Letetur mons ſyon et exultẽt fi-
lie iude: pꝛopter iudicia tua dñe.
Circundate ſyon ⁊ cõplectimini
eam: narrate in turribus eius.
Ponite coꝛda veſtra in virtute
eius: et diſtribuite domos eius vt
enarretis in pꝛogenie altera.
Qm̃ hic eſt deus deus noſter in
eternum et in ſeculũ ſeculi: ipſe re-
get nos in ſecula. p̃s.xlviij.
Audite hec omnes gẽtes:
auribus percipite omnes
qui habitatis oꝛbem.
Quiqꝫ terrigene et filij hominũ:
ſimul in vnum diues et pauper.
Os meum loquetur ſapientiam: ⁊
meditatio coꝛdis mei pꝛudẽtiam.
Inclinabo in parabolam aurem
meam: aperiam in pſalterio pꝛopo
ſitionem meam.
Cur timebo in die mala: iniqui-
tas calcanei mei circundabit me.
Qui confidũt in virtute ſua: et in
multitudine diuitiarũ ſuarum glo
riantur.
Frater non redimit redimet hõ:

non dabit deo placationem ſuam.
Et precium redēptionis anime ſue:⁊ laborabit in eternum ⁊ viuet adhuc in finem.
Non videbit interitū cum viderit ſapientes morientes: ſimul inſipiens et ſtultus peribunt.
Et relinquēt alienis diuitias ſuas: ⁊ ſepulchra eorum domus illorum in eternum.
Tabernacula eorum in progenie et ꝓgenie: vocauerunt nomina ſua in terris ſuis.
Homo cū in honore eſſet nō intellexit: cōparatus eſt iumentis inſipiētibus et ſimilis factus eſt illis.
Hec via illoꝝ ſcandalum ipſis: et poſtea in ore ſuo complacebunt.
Sicut oues in inferno poſiti ſunt: mors depaſcet eos.
Et dominabūtur eoꝝ iuſti in matutino: et auxilium eorum veteraſcet in inferno a gloria eorum.
Veruntamen deus redimet animam meam de manu inferi: cū acceperit me.
Ne timueris cū diues factus fuerit homo: et cum multiplicata fuerit gloria domus eius.
Quōniam cū interierit nō ſumet omīa: neq͂ deſcendet cū eo gloria eius.
Quia aīa eius in vita ipſius benedicetur: confitebitur tibi cum benefeceris ei.
Introibit vſq͂ in progenies patrum ſuorum: et vſq͂ in eternū non videbit lumen.
Homo cum in honore eſſet nō intellexit: comparatus eſt iumentis inſipientibus/et ſimilis factus eſt illis. ān Auribus percipite qui habitatis orbem. viij. ps.xlix.

Deus deorum dominus locutus eſt: et vocauit terrā.
A ſolis ortu vſq͂ ad occaſum: ex ſyon ſpecies decoris eius.
Deus manifeſte veniet: deus noſter et non ſilebit.
Ignis in conſpectu eius exardeſcet: et in circuitu eius tempeſtas valida.
Aduocauit celum deſurſum: ⁊ terram diſcernere populum ſuum.
Cōgregate illi ſanctos eius: qui ordinant teſtamentum eius ſuper ſacrificia.
Et annūciabūt celi iuſticiā eius: quoniam deus iudex eſt.
Audi ppl's meus et loquar iſrl': et teſtificabor tibi de⁹ deus tuus ego ſum.
Non in ſacrificijs tuis arguā te: holocauſta autem tua in cōſpectu meo ſunt ſemper.
Non accipiam de domo tua vitulos: neq͂ de gregibus tuis hyrcos.
Quōniam mee ſunt oēs fere ſiluarum: iumenta in montibus et boues.
Cognoui omnia volatilia celi: et pulchritudo agri mecum eſt.
Si eſuriero non dicam tibi: meus eſt enī orbis terre ⁊ plenitudo ei⁹.
Nunquid mādicabo carnes taurorum: aut ſanguinem hyrcorum potabo.
Immola deo ſacrificiū laudis: et redde altiſſimo vota tua.
Et inuoca me in die tribulatiōis: eruam te ⁊ honorificabis me.
Peccatori aūt dixit deus: quare tu enarras iuſticias meas: et aſ=

ſumis teſtamentū meū per os tuū.
Tu vero odiſti diſciplinā:ꝛ pro-
ieciſti ſermones meos retrorſum.
Si videbas furem currebas cum
eo:ꝛ cū adulteris portionem tuam
ponebas.
Os tuum abūdauit malicia:ꝛ lin
gua tua concinnabat dolos.
Sedens aduerſus fratrem tuum
loquebaris:ꝛ aduerſus filiū ma-
tris tue ponebas ſcandalum: hec
feciſti et tacui.
Exiſtimaſti inique ꝙ ero tui ſimi
lis: arguam te ꝛ ſtatuam contra fa
ciem tuam.
Intelligite hec qui obliuiſcimi-
ni deum: nequando rapiat et non
ſit qui eripiat.
Sacrificium laudis honorifica-
bit me: ꝛ illic iter quo oſtēdam illi
ſalutare dei. Pſalmus.l. qui dici-
tur ad laudes ſingularū feriarum.
Miſerere mei deus: ſcd̄m ma
gnam miſericordiā tuam.
Et ſcd̄z multitudinem miſeratio
num tuaꝝ: dele iniquitatē meam.
Amplius laua me ab iniquitate
mea: et a peccato meo mūda me.
Quoniam iniquitatem meaȝ ego
cognoſco: et peccatum meum con
tra me eſt ſemper.
Tibi ſoli peccaui et malum co-
ram te feci: vt iuſtificeris in ſermo
nibus tuis.ꝛ vincas cū iudicaris.
Ecce enim in iniquitatibus con
ceptus ſum: et in peccatis conce-
pit me mater mea.
Ecce enim veritatem dilexiſti:
incerta et occulta ſapiētie tue ma
nifeſtaſti mihi.
Aſperges me yſopo et mūdabor:
lauabis me et ſuꝑ niuē dealbabor.
Auditui meo dabis gaudiū ꝛ le-
ticiā: et exultabūt oſſa humiliata.
Auerte faciem tuā a pctīs meis:
et omnes iniquitates meas dele.
Cor mundum crea in me deus:
ſpiritum rectum innoua in viſceri-
bus meis.
Ne proiicias me a facie tua:ꝛ ſpi
ritum ſanctum tuum ne auferas a
me.
Redde mihi leticiā ſalutaris tui:
et ſpiritu principali confirma me.
Docebo iniquos vias tuas: et
impij ad te conuertentur.
Libera me de ſanguinibus deus
deus ſalutis mee: et exultabit lin-
gua mea iuſticiam tuam.
Domine labia mea aperies:ꝛ os
meū annūciabit laudem tuam.
Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium
dediſſem: vtiꝗ holocauſtis nō de
lectaberis.
Sacrificium deo ſpiritus contri-
bulatus: cor contritum et humilia
tum deus non deſpicies.
Benigne fac in bona voluntate
tua ſyon: et edificentur muri hie-
ruſalem.
Tunc acceptabis ſacrificiū iuſti
cie oblationes et holocauſta: tunc
imponēt ſuper altare tuū vitulos.
Quid gloriaris in ps.li.
malicia: qui potens es in
iniquitate.
Tota die iniuſticiam cogitauit
ligua tua: ſicut nouacula acuta fe-
ciſti dolum.
Dilexiſti maliciā ſuper benigni-
tatem: iniquitatem magis ꝙ̄ lo-
qui equitatem.

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg

Dilexiſti omnia verba precipitationis: lingua doloſa.

Propterea deus deſtruet te in finem ⁊ euellet te et emigrabit te de tabernaculo tuo: et radicem tuam de terra viuentium.

Videbunt iuſti et timebunt ⁊ ſuper eum ridebũt et dicent: ecce homo qui non poſuit deũ adiutorem ſuum.

Sed ſperauit in multitudine diuitiarum ſuarum: et preualuit in vanitate ſua.

Ego autem ſicut oliua fructifera in domo dei: ſperaui in mĩa dei in eternum et in ſeculum ſeculi.

Confitebor tibi in ſeculum quia feciſti: et expectabo nomen tuum qm̃ bonum in cõſpectu ſanctorum tuorum. An. Deus deoꝝ dñs locutus eſt. viij. ℣. Immola deo ſacrificium laudis. Et redde altiſſimo vota tua. Bñdictio. Sapientia dei prĩs ⁊ nos celeſtib⁹ inſtruat diſciplinis. Lectio

Dominus ſapiẽtia fũdauit terra: ſtabiliuit celos prudentia. Sapientia illius eruperũt abyſſi: et nubes rore concreſcunt. Tu autẽ. ℟. Deus deoꝝ Dñs locut⁹ eſt. ℣. Et vocauit terram. Dominus.

In ſcdo nocturno. ps. lij.

Dixit inſipiens in corde ſuo: non eſt deus.

Corrupti ſunt et abominabiles facti ſunt in iniquitatibus: non eſt qui faciat bonum.

Deus de celo proſpexit ſuper filios hoim: vt videat ſi eſt itelligẽs aut requirens deum.



Omnes declinauerunt ſimul inutiles facti ſunt: nõ eſt qui faciat bonum non eſt vſq ad vnum.

Nonne ſcient omnes qui operantur iniquitatem: qui deuorant plebem meam vt cibum panis.

Deũ non inuocauerunt: illic trepidauerunt timore vbi non fuit timor.

Qm̃ deus diſſipauit oſſa eoꝝ qui hominibus placent: ↄfuſi ſunt qm̃ deus ſpreuit eos.

Quis dabit ex ſyõ ſalutare iſrael: cũ conuerterit deus captiuitatem plebis ſue. exultabit iacob et letabitur iſrael. Pſalmus. liij.

Deus in nomine tuo ſaluum me fac: et in virtute tua iudica me.

Deus exaudi orationem meam: auribus percipe verba oris mei.

Qm̃ alieni inſurrexerunt aduerſum me. et fortes queſierunt aiam meam: et non propoſuerunt deum ante conſpectum ſuum.

Ecce enim deus adiuuat me: et dominus ſuſceptor eſt anime mee.

Auerte mala inimicis meis: i veritate tua diſperde illos.

Voluntarie ſacrificabo tibi: et confitebor nomini tuo dñe quoniã bonum eſt.

Qm̃ ex omni tribulatione eripuiſti me: et ſuper inimicos meos deſpexit oculus meus. In. xl. An. Auertet dominus captiuitatem plebis ſue. viij. Pſalmus. liiij.

Exaudi deus orationẽ meã ⁊ ne deſpexeris deprecationem meam: intende mihi et exaudi me.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg

Contriſtatus ſum in exercitatio=
ne mea: ⁊ conturbatus ſum a voce
inimici ⁊ a tribulatione pctõris.
Q̄m declinauerunt in me iniq̄ta=
tes: et in ira moleſti erant mihi.
Cor meũ cõturbatum eſt in me: et
formido mortis cecidit ſuper me.
Timor ⁊ tremor venerunt ſuper
me: et contexerunt me tenebre.
Et dixi? quis dabit mihi pẽnas
ſicut colũbe: ⁊ volabo ⁊ req̄eſcam.
Ecce elongaui fugiens: et man=
ſi in ſolitudine.
Expectabam eum qui ſaluũ me
fecit a puſillanimitate ſpiritus: et
tempeſtate
Precipita domine diuide lĩguas
eorum: q̄m vidi iniquitatem ⁊ con
tradictionem in ciuitate.
Die ac nocte circũdabit eam ſu=
per muros eius iniquitas: ⁊ labor
in medio eius et iniuſticia.
Et non defecit de plateis eius:
vſura et dolus.
Q̄m ſi inimicus meus maledixiſ=
ſet mihi: ſuſtinuiſſem vtiq̄.
Et ſi is qui oderat me ſuper me
magna locut⁹ fuiſſet: abſcõdiſſem
me forſitan ab eo.
Tu vero homo vnanimis: dux
meus et notus meus.
Qui ſimul mecum dulces capie=
bas cibos: in domo dei ambulaui=
mus cum conſenſu.
Veniat mors ſup illos: et deſcen
dant in infernum viuentes.
Quoniam nequitie in habitacu=
lis eorum: in medio eorum.
Ego autem ad deum clamaui: et
dominus ſaluauit me.
Veſpere ⁊ mane ⁊ meridie narra
bo et annunciabo: et exaudiet vo=
cem meam.
Redimet in pace animam meã ab
his qui appropinquant mihi: q̄m
inter multos erant mecum.
Exaudiet deus et humiliabit il=
los: qui eſt ante ſecula.
Non enim eſt illis commutatio?
et non timuerunt deũ: extẽdit ma=
num ſuam in retribuendo.
Contaminauerunt teſtamentum
eius? diuiſi ſunt ab ira vult⁹ eius:
et appropinquauit cor illius.
Molliti ſunt ſermones eius ſuper
oleum: et ipſi ſunt iacula.
Iacta ſuper dñm curam tuam? et
ipſe te enutriet: non dabit in eter=
num fluctuationem iuſto.
Tu vero deus: deduces eos in
puteum interitus.
Viri ſanguinum et doloſi non di
midiabunt dies ſuos: ego autem
ſperabo in te domine. ps.lv.
Miſerere mei deus q̄m con=
culcauit me homo: tota die
impugnans tribulauit me.
Conculcauerunt me inimici mei
tota die: quoniam multi bellantes
aduerſum me.
Ab altitudĩe diei timebo: ego ve=
ro in te ſperabo.
In deo laudabo ſermones meos:
in deo ſperaui non timebo quid fa
ciat mihi caro.
Tota die verba mea execraban=
tur: aduerſum me om̄es cogitatio=
nes eorum in malum.
Inhabitabunt ⁊ abſcondent: ipſi
calcaneum meum obſeruabunt.
Sicut ſuſtinuerunt animã meam
pro nihilo ſaluos facies illos: in

ira populos confringes.

Deus vitam meam annūciaui tibi: poſuiſti lachrymas meas in cōſpectu tuo.

Sicut et in ꝓmiſſione tua: tūc cōuertentur inimici mei retrorſum.

In quacunqꝫ die inuocauero te: ecce cognoui qm̄ deus meus es.

In deo laudabo verbum: in domino laudabo ſermonē: in deo ſperaui non timebo quid faciat mihi homo.

In me ſunt deꝰ vota tua: que reddam laudationes tibi.

Qm̄ eripuiſti aīam meam de morte: et pedes meos de lapſu: vt placeam corā deo in lumine viuentiū.

In.xl.āu. Intēde in me ꝛ exaudi me dn̄e. v. ps.lvi.qui dr in laud. fer.iij.

Miſerere mei deus miſerere mei: quoniam in te cōfidit anima mea.

Et in vmbra alarum tuarum ſperabo: donec tranſeat iniquitas.

Clamabo ad deū altiſſimū: deum qui benefecit mihi.

Miſit de celo et liberauit me: dedit in opprobrium conculcantes me.

Miſit deus miſericordiā ſuam et veritatem ſuaꝫ: et eripuit animam meam de medio catulorum leonū: dormiui conturbatus.

Filij hominum dentes eorum arma ꝛ ſagitte: et lingua eorum gladius acutus.

Exaltare ſuper celos deus: et in omnem terram gloria tua.

Laqueum parauerunt pedibus meis: ꝛ incuruauerūt aīam meam.

Foderunt ante faciem meam foueam: et inciderunt in eam.

Paratum cor meum deus paratum cor meum: cātabo ꝛ pſalmum dicam.

Exurge gloria mea exurge pſalteriū et cythara: exurgā diluculo.

Confitebor tibi in populis dn̄e: et pſalmum dicam tibi in gētibus.

Quoniam magnificata eſt vſqꝫ ad celos miſericordia tua: et vſqꝫ ad nubes veritas tua.

Exaltare ſuper celos deus: et ſuper oēm terrā gloria tua. ps.lvij.

Si vere vtiqꝫ iuſticiam loquimini: recte iudicate filij hominum.

Etenim in corde iniq̄tates operamini in terra: iniuſticias manus veſtre concinnant.

Alienati ſunt peccatores a vulua: errauerūt ab vtero: locuti ſunt falſa.

Furor illis ſcd̄m ſimilitudinē ſerpentis: ſicut aſpidis ſurde ꝛ obturantis aures ſuas.

Que non exaudiet vocem incantantium: et venefici incantantis ſapienter.

Deus conteret dentes eorum in ore ipſorum: molas leonum cōfringet dominus.

Ad nihilum deuenient tanqꝫ aqua decurrens: intendit arcum ſuū donec infirmentur.

Sicut cera que fluit auferent: ſupercecidit ignis ꝛ nō viderūt ſolē.

Priuſqꝫ intelligerēt ſpine veſtre ramnū: ſicut viuentes ſic in ira abſorbet eos.

Letabitur iuſtus cū viderit vindictam: manus ſuas lauabit in ſan.

guine peccatoris.
Et dicet homo ſi vtiqꝫ eſt fruct⁹ iuſto: vtiqꝫ eſt deus iudicans eos in terra. Pſalmus.lviij.

Eripe me de inimicis meis deus meus: et ab inſurgentibus in me libera me.
Eripe me de operantibus iniquitatem: et de viris ſanguinum ſalua me.
Quia ecce ceperunt aīam meam: irruerunt in me fortes.
Neqꝫ iniquitas mea neqꝫ peccatum meum domine: ſine iniquitate cucurri et direxi.
Exurge in occurſum meum ⁊ vide: ⁊ tu domine deus virtutū deus iſrael.
Intende ad viſitandas oēs gentes: non miſerearis oībus qui operantur iniquitatem.
Conuertētur ad veſperam: ⁊ famem patientur vt canes: ⁊ circuibunt ciuitatem.
Ecce loquentur in ore ſuo: ⁊ gladius in labijs eoꝝ: quoniam quis audiuit.
Et tu domine deridebis eos: ad nihilum deduces oēs gentes.
Fortitudinem meam ad te cuſtodiam: quia deus ſuſceptor meus. deus meus miſericordia eius preueniet me.
Deus oſtendit mihi ſuper inimicos meos ne occidas eos: nequādo obliuiſcantur populi mei.
Diſperge illos in virtute tua: et depone eos protector meus dñe.
Delictum oris eoꝝ ſermonem labiorum ipſorum: et comprehendantur in ſuperbia ſua.
Et de execratione ⁊ mēdacio annunciabuntur in ꝯſummatione: in ira cōſummationis et non erunt.
Et ſciēt quia deus dominabitur iacob: et finium terre.
Conuertentur ad veſperā: et famem patientur vt canes: ⁊ circuibunt ciuitatem.
Ipſi diſpergentur ad manducandum: ſi vero non fuerint ſaturati et murmurabunt.
Ego autē cantabo fortitudinem tuam: ⁊ exaltabo mane miſericordiam tuam.
Quia factus es ſuſceptor meus ⁊ refugium meum: in die tribulationis mee.
Adiutor meus tibi pſallam: quia deus ſuſceptor me⁹ es: deus meus miſericordia mea. ān. Alleluya. iij.
Capitulum. Uigilate. ℟⁹. Deus vitam meam annunciaui tibi. Poſuiſti lachrymas meas in conſpectu tuo.
Colla. Salua nos. In.xl.ān. Iuſte iudicate filii hominum. viij. In laudibus ps. Miſerere mei deus. ps. Iudica me deus et diſcerne. ps. Miſerere mei deus miſerere. Canticum. Ego dixi. ps. Laudate. ān. Dele domine iniqtatem meā. Capitulum. Nox preceſſit. ℟. Miſerere mei deus: Miſerere mei. ℣⁹. Quoniam in te confidit anima mea. Miſerere. Hymnus. Splēdor. ℣. In matutinis. Ad benedictus ān. Salutem ex inimicis nr̄is: ⁊ de manu oīm qui nos oderunt libera nos dñe.
¶ Feria.iiij. Inuita. In manu tua domine: Omnes fines terre. ps. Uenite. Hy⁹. Eterne rerum cōditor.
¶ In primo nocturno. ps.lix.

Deus repuliſti nos et deſtruxiſti nos: iratus es et miſertus es nobis.

Commouiſti terram et conturbaſti eam: ſana contritiones eius/quia commota eſt.

Oſtendiſti populo tuo dura: potaſti nos vino compunctionis.

Dediſti metuentibus te ſignificationem: vt fugiant a facie arcus.

Vt liberentur dilecti tui: ſaluum fac dextera tua et exaudi me.

Deus locutus eſt in ſancto ſuo: letabor et partibor ſiccimam ⁊ conuallem tabernaculoꝝ metibor.

Meus eſt galaad et meus eſt manaſſes: ⁊ effraim fortitudo capitis mei.

Iuda rex meus: moab olla ſpei mee.

In idumeã extendam calciamentum meum: mihi alienigene ſubditi ſunt.

Quis deducet me in ciuitatẽ munitã: quis deducet me vſqꝫ in idumeam.

Nõne tu deus qui repuliſti nos: et non egredieris deus in virtutibus noſtris.

Da nobis auxilium de tribulatione: et vana ſalus hominis.

In deo faciemus virtutem: ⁊ ipſe ad nihilũ deducet tribulãtes nos.

Exaudi deus deprecationem meã: intende orationi mee. ps.lx.

A finibus terre ad te clamaui: dũ anxiaretur cor meum in petra exaltaſti me.

Deduxiſti me q̃a factus es ſpes mea: turris fortitudinis a facie inimici.

Inhabitabo in tabernaculo tuo in ſecula: ꝓtegar in velamẽto alarum tuarum.

Quoniam tu deus meus exaudiſti orationem meã: dediſti hereditatem timentibus nomen tuum.

Dies ſuper dies regis adijcies: annos eius vſqꝫ in diẽ generationis et generationis.

Permanet in eternum in conſpectu dei: miſericordiã et veritatem eius quis requiret.

Sic pſalmũ dicam noĩ tuo in ſcl̃m ſeculi: vt reddam vota mea de die in diem. ãn. Da nobis dñe auxilium de tribulatione. ij. Pſalmus. lxi.

Nonne deo ſubiecta erit anima mea: ab ipſo enim ſalutare meum.

Nã ⁊ ipſe de⁹ me⁹ ⁊ ſalutaris me⁹: ſuſceptor me⁹ nõ mouebor ampli⁹.

Quouſqꝫ irruitis in hoĩem: interficitis vniuerſi vos: tanq̃ parieti inclinato/et macerie depulſe.

Verũtamen precium meum cogitauerunt repellere: cucurri in ſiti: ore ſuo benedicebant et corde ſuo maledicebant.

Verũtamẽ deo ſubiecta eſto aĩa mea: qm̃ ab ipſo patientia mea.

Quia ipſe deus meus et ſaluator meus: adiutor me⁹ nõ emigrabo.

In deo ſalutare meum et gloria mea: deus auxilij mei et ſpes mea in deo eſt.

Sperate in eo oĩs congregatio populi: effundite corã illo corda veſtra: deus adiutor nr̃ in eternũ.

V erūtamen vani filij hoīm: mē=
daces filij hoīm in ſtateris: vt de=
cip iant ipſi de vanitate in idipſuꝫ.
N olite ſperare in iniquitate: et
rapinas nolite concupiſcere: diui
tie ſi affluant nolite coꝛ apponere.
S emel locutus eſt deus duo hec
audiui: quia poteſtas dei eſt et ti=
bi domine miſericoꝛdia: q̄a tu red=
des vnicuiqꝫ iuxta opera ſua.

Pſalm⁹ lxij. qui d̄r in laud. d̄nice.

D Eus deus meus: ad te de
luce vigilo.
S itiuit in te anima mea: ꝙ multi=
pliciter tibi caro mea.
I n terra deſerta inuia ⁊ inaquo=
ſa: ſic in ſancto apparui tibi: vt vi=
derem virtutē tuā ⁊ gloꝛiā tuam.
Q m̄ melioꝛ eſt mia tua ſuper vi=
tas: labia mea laudabunt te.
S ic benedicā te in vita mea: et in
noīe tuo leuabo manus meas.
S icut adipe ⁊ piguedine replea=
tur anima mea: ⁊ labijs exultatio=
nis laudabit os meum.
S ic memoꝛ fui tui ſuper ſtratum
meuꝫ: in matutinis meditaboꝛ in
te: quia fuiſti adiutoꝛ meus.
E t in velamēto alarū tuaꝝ exul=
tabo: adheſit anima mea poſt te:
me ſuſcepit dextera tua.
I pſi vero in vanū queſierūt aīam
meā: introibūt in inferioꝛa terre:
tradentur in manus gladij partes
vulpium erunt.
R ex vero letabitur in deo: lauda
būtur oēs q̄ iurāt in eo: q̄a obſtru=
ctū eſt os loquētiū iniqua. p̄. lxiij.

E Xaudi deus oꝛonē meā cū
dep̄coꝛ: a timoꝛe inimici eri
pe animam meam.





P roterxiſti me a ꝯuentu malignā
tiū: a m̄ltitudine opantiū iniq̄tatē.
Q uia exacuerūt vt gladium lin=
guas ſuas: intēderūt arcū rē ama
rā: vt ſagitēt i occultis imaculatū.
S ubito ſagitabūt eū et nō time=
būt: firmauerūt ſibi ſermonē neq̄ꝫ.
N arrauerūt vt abſcōderēt laque
os: dixerunt quis videbit eos.
S crutati ſunt iniquitates: defe=
cerunt ſcrutantes ſcrutinio.
A ccedet homo ad coꝛ altum: et
exaltabitur deus.
S agitte paruuloꝛū facte ſunt pla
ge eoꝛum: et infirmate ſunt contra
eos lingue eoꝛum.
C ōturbati ſunt oēs qui videbāt
eos: ⁊ timuit omnis homo.
E t annunciauerunt opera dei: et
facta eius intellexerunt.
L etabitur iuſtus in domino: et
ſperabit in eo: et laudabuntur om=
nes recti coꝛde. ps. lxiiij.

T E decet hymnus deus in
ſyon: et tibi reddetur votū
in hieruſalem.
E xaudi oꝛationem meam: ad te
omnis caro veniet.
V erba iniquoꝛum pꝛeualuerunt
ſuper nos: et impietatibus noſtris
tu pꝛopiciaberis.
B eatus quem elegiſti et aſſum=
pſiſti: habitabit in atrijs tuis.
R eplebimur in bonis dom⁹ tue:
ſanctum eſt tēplum tuum mirabile
in equitate.
E xaudi nos deus ſalutaris no=
ſter: ſpes omnium finiuꝫ terre et in
mari longe.
P reparans mōtes in virtute tua
accinctus potentia: qui cōturbas

pꝛofundum maris ſonuz fluctuum eius.

Turbabuntur gentes et timebūt qui habitāt terminos a ſignis tuis: exitus matutini et veſpere delectabis.

Viſitaſti terrā et inebꝛiaſti eam: multiplicaſti locupletare eam.

Flumen dei repletum eſt aquis: paraſti cibum illoꝛuz quoniam ita eſt pꝛeparatio eius.

Riuos eius inebria? multiplica genimina eius: in ſtillicidijs eius letabitur germinans.

Benedices coꝛone anni benignitatis tue: et campi tui replebuntur vbertate.

Pinguefcent ſpecioſa deſerti: et exultatione colles accingentur.

Induti ſunt arietes ouiū? et valles abūdabūt frumēto: clamabūt etenim hymnum dicent. p̄s.lxv.

IUbilate deo omnis terra? pſalmū dicite nomini eius: date gloꝛiam laudi eius.

Dicite deo q̄ꝫ terribilia ſunt opera tua dn̄e: in multitudine virtutis tue mentientur tibi inimici tui.

Omnis terra adoꝛet te et pſallat tibi: pſalmum dicat nomini tuo.

Venite ⁊ videte opera dei: terribilis in cōſilijs ſuper filios hoīm.

Qui cōuertit mare in aridam? in flumine pertranſibunt pede: ibi letabimur in ipſo.

Qui dominatur in virtute ſua in eternum? oculi eius ſuper gentes reſpiciunt: qui exaſperant non exaltentur in ſemetipſis.

Benedicite gentes deū noſtrū: et auditā facite vocem laudis eius.



Qui poſuit animam meam ad vitam: et nō dedit in commotionem pedes meos.

Quoniā pꝛobaſti nos deus: igne nos examinaſti ſicut examinatur argentum.

Induxiſti nos in laqueū? poſuiſti tribulationes in doꝛſo nr̄o: impoſuiſti hoīes ſuper capita noſtra.

Tranſiuimus per ignē et aquam: et eduxiſti nos in refrigerium.

Introibo in domū tuam in holocauſtis: reddā tibi vota mea/ que diſtinxerunt labia mea.

Et locutum eſt os meum: in tribulatione mea.

Holocauſta medullata offerā tibi cum incenſo arietum: offerā tibi boues cum hyꝛcis.

Venite audite ⁊ narrabo omnes qui timetis deum: quanta fecit anime mee.

Ad ipſum oꝛe meo clamaui: ⁊ exultaui ſub lingua mea.

Iniq̄tatez ſi aſpexi in coꝛde meo: non exaudiet dominus.

Pꝛopterea exaudiuit deus: ⁊ attendit voci depꝛecationis mee.

Bn̄dictus deus: qui non amouit oꝛationem meam/ ⁊ miſericoꝛdiaz ſuam a me. an̄. Bn̄dicite gentes deū noſtrum. vj. p̄s.lxvj. q̇ quotidie dicit in lau. poſt Deus in adiutoꝛiū.

2 DEus miſereat̄ noſtri et bn̄dicat nobis: illuminet vultum ſuū ſuper nos. et miſereat̄ nr̄i.

Ut cognoſcamꝰ in terra viā tuā: in oībus gentibus ſalutare tuum.

Confiteantur tibi populi deus: confiteantur tibi populi omnes.

Letentur ⁊ exultent gentes? qm̄

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

iudicas populos in eq̃tate:⁊ gentes in̄ terra dirigis.

Confiteantur tibi populi deus:⁊ confiteantur tibi populi oēs:terra dedit fructum ſuum.

Bn̄dicat nos deus deus noſter:⁊ benedicat nos deus:⁊ metuant eū omnes fines terre. Pſalm⁹.lxvij.

Exurgat deus et diſſipentur inimici eius:et fugiāt q̄ oderunt eum a facie eius.

Sicut deficit fumus deficiant:ſicut fluit cera a facie ignis ſic pereant peccatores a facie dei.

Et iuſti epulētur ⁊ exultēt in cōſpectu dei:⁊ delectentur in leticia.

Cantate deo pſalmum dicite nomini eius:iter facite ei qui aſcendit ſuper occaſum:dn̄s nomen illi.

Exultate in conſpectu eius:turbabūtur a facie eius patris orphanorum.et iudicis viduarum.

Deus in loco ſctō ſuo:de⁹ q̄ inhabitare facit vni⁹ moris in domo.

Qui educit vinctos in fortitudine:ſimiliter eos qui exaſperāt.qui habitant in ſepulchris.

Deus cum egredereris in conſpectu populi tui:cum pertranſieris in deſerto.

Terra mota eſt etenim celi diſtillauerūt a facie dei ſynai:a facie dei iſrael.

Pluuiā voluntariam ſegregabis de⁹ hereditati tue et infirmata eſt:tu vero perfeciſti eam.

Animalia tua habitabūt in ea:paraſti in dulcedine tua pauperi de⁹.

Dominus dabit verbum euangelizantibus:virtute multa.

Rex virtutum dilecti dilecti:et ſpeciei domus diuidere ſpolia.

Si dormiatis inter medios cleros penne columbe deargentate:et poſteriora dorſi eius in pallore auri.

Dum diſcernit celeſtis reges ſuper eam niue dealbabuntur in ſelmon:mons dei mons pinguis.

Mons coagulatus mōs pinguis:vt quid ſuſpicamini montes coagulatos.

Mons in quo bn̄placitum eſt deo habitare in eo:eteniz dominus habitabit in finem.

Currus dei decem milibus multiplex milia letātium:dominus in eis in ſynai ſancto.

Aſcendiſti in altum:⁊ cepiſti captiuitatem:accepiſti dona in hominibus.

Etenim non credentes:inhabitare dominum deum. Diuiſio.

Benedictus dn̄s die quotidie:proſperū iter faciet nobis deus ſalutarium noſtrorum.

Deus noſter deus ſaluos faciendi:et domini dn̄i exitus mortis.

Verūtamen deus cōfringet capita inimicorū ſuorū:verticē capilli perambulantiū in delictis ſuis.

Dixit dn̄s ex baſan cōuertam:cōuertam in profundum maris.

Vt intingatur pes tuus in ſanguine:lingua canum tuorū ex inimicis ab ipſo.

Viderunt ingreſſus tuos deus:ingreſſus dei mei regis mei qui eſt in ſancto.

Preuenerunt principes cōiuncti pſallentibus:in medio iuueēcularū tympaniſtriarum.

In eccleſijs benedicite deo dño: de fontibus iſrael.

Ibi beniamin adoleſcentulus: in mentis exceſſu.

Principes iuda duces eoꝝ: principes zabulon pŕcipes neptalim.

Manda deus virtuti tue: confirma deus hoc quod operatus es in nobis.

A templo tuo in hieruſalem: tibi offerent reges munera.

Increpa feras arūdinis: cōgregatio taurorum in vaccis pploꝝ: vt excludant eos qui probati ſunt argento.

Diſſipa gentes que bella volūt: venient legati ex egypto: ethyopia preueniet manus eius deo.

Regna terre cantate deo: pſallite domino.

Pſallite deo qui aſcendit ſuper celum celi: ad orientem.

Ecce dabit voci ſue vocem virtutis: date gloriam deo ſuper iſrael: magnificentia eius et virtus eius in nubibus.

Mirabilis deus in ſanctis ſuis: deus iſrael ipſe dabit virtutē ꝛ fortitudinē plebi ſue: bñdictꝰ deus.

Añ. In eccleſijs benedicite dño. viij.

℣. Manda deus virtuti tue. Confirma deus hoc qđ operatꝰ es in nobis.

Bñdictio. Doceat nos dñs terrena deſpicere: ꝛ amare celeſtia. Lectio.

Diligite iuſticiam: qui iudicatis terrā. Sentite de domino in bonitate: et in ſimplicitate cordis querite illum. Qm̄ inuenitur ab his qui nō temptāt illum: apparet autē eis qui fidē habēt in illum. Tu. ℟. Mirabilis deꝰ In ſanctis ſuis. ℣. Deꝰ iſrael ipſe dabit virtutem ꝛ fortitudinē plebi ſue. In ſan.

In.ij.noctur. Pſalmus.lxviij.

Saluū me fac deꝰ: quoniā intrauerūt aque vſq ad aīam meam.

Infixus ſum in limo profundi: et nō eſt ſubſtantia.

Ueni in altitudinem maris: ꝛ tēpeſtas demerſit me.

Laboraui clamās rauce facte ſūt fauces mee: defecerunt oculi mei dum ſpero in deum meum.

Multiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei: qui oderūt me gratis.

Cōfortati ſunt qui perſecuti ſunt me inimici mei iniuſte: que non rapui tunc exoluebam.

Deus tu ſcis inſipiētiam meā: et delicta mea a te nō ſunt abſcōdita.

Non erubeſcant in me qui expectant te dñe: domine virtutum.

Non confundantur ſuper me: qui querunt te deus iſrael.

Qm̄ ꝓpter te ſuſtinui opprobriū: operuit confuſio faciem meam.

Extraneus factus ſum fratribus meis: et peregrinus filijs matris mee.

Qm̄ zelus domꝰ tue comedit me: et opprobria exprobrantium tibi ceciderunt ſuper me.

Et operui in ieiunio animā meā: et factū eſt in opprobrium mihi.

Et poſui veſtimentū meū ciliciū: et factus ſum illis in parabolam.

Aduerſum me loquebātur qui ſedebant in porta: et in me pſallebāt qui bibebant vinum.

Ego vero orationem meã ad te dñe: tempus beneplaciti deus.
In multitudine mĩe tue exaudi me: in veritate ſalutis tue.
Eripe me de luto vt non infigar: libera me ab his qui oderunt me, et de profundis aquarum.
Non me demergat tempeſtas aque: neq; abſorbeat me ꝓfundum: neq; vrgeat ſup me puteus os ſuũ.
Exaudi me dñe **Diuiſio.** qm̃ benigna eſt mĩa tua: ſecundum multitudinem miſerationum tuarum reſpice in me.
Et ne auertas faciem tuã a puero tuo: quoniam tribulor velociter exaudi me.
Intẽde anime mee ꝛ libera eam: propter inimicos meos eripe me.
Tu ſcis improperium meum et confuſionem meam: et reuerẽtiam meam.
In cõſpectu tuo ſunt omnes qui tribulant me: improperium expectauit cor meum et miſeriam.
Et ſuſtinui qui ſimul contriſtaretur et non fuit: et qui conſolaretur et non inueni.
Et dederunt in eſcã meã fel: et in ſiti mea potauerunt me aceto.
Fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum: et in retributiones et in ſcandalum.
Obſcurentur oculi eorum ne videãt: et dorſum eoꝝ ſemꝑ incurua.
Effunde ſuper eos iram tuã: et furor ire tue cõprehendat eos.
Fiat habitatio eorum deſerta: et in tabernaculis eorum non ſit qui inhabitet.
Qm̃ quem tu percuſſiſti perſecuti ſunt: ꝛ ſuper dolorẽ vulnerũ meoꝝ addiderunt.
Appone iniquitatẽ ſuper iniquitatem eorum: et nõ intrent in iuſticiam tuam.
Deleãtur de libro viuentium: et cum iuſtis non ſcribantur.
Ego ſum pauper ꝛ dolens: ſalus tua deus ſuſcepit me.
Laudabo nomen dei cũ cantico: et magnificabo eum in laude.
Et placebit deo ſuper vitulũ nouellum: cornua producentẽ et vngulas.
Videãt pauperes ꝛ letẽtur: querite deum et viuet anima veſtra.
Qm̃ exaudiuit pauperes dñs: et vinctos ſuos non deſpexit.
Laudent illum celi ꝛ terra: mare et omnia reptilia in eis.
Qm̃ deus ſaluam faciet ſyon: et edificabuntur ciuitates iude.
Et inhabitabunt ibi: et hereditate acquirent eam.
Et ſemen ſeruorum eius poſſidebit eam: et qui diligũt nomen eius habitabunt in ea. **In.xl.ãn.** Querite dñz ꝛ viuet aĩa vr̃a. **viij. ps.lxix.**
Deus in adiutorium meum intende: domine ad adiuuandum me feſtina.
Confundantur ꝛ reuereãtur: qui querunt animam meam.
Auertantur retrorſum et erubeſcant: qui volunt mihi mala.
Auertantur ſtatim erubeſcentes: qui dicunt mihi euge euge.
Exultent ꝛ letentur in te omnes qui querunt te: et dicant ſemper magnificetur dominus q̃ diligunt ſalutare tuum.

Ego vero egenus ⁊ pauper ſum: deus adiuua me.

Adiutor meus et liberator meus es tu: domine ne moreris. ps.lxx.

IN te domine ſperaui nõ cõfundar in eternũ: in iuſticia tua libera me ⁊ eripe me.

Inclina ad me aurem tuam: et ſalua me.

Eſto mihi in deum ꝓtectorem: et in locum munitum: vt ſaluũ me facias.

Quoniam firmamentum meum: et refugium meum es tu.

Deus meꝰ eripe me de manu peccatoris: et de manu contra legem agentis et iniqui.

Qm̄ tu es patientia mea domine: domine ſpes mea a iuuẽtute mea.

In te confirmatus ſum ex vtero: de ventre matris mee tu es protector meus.

In te cantatio mea ſemper: tanꝗ̃ prodigium factus ſum multis/ et tu adiutor fortis.

Repleatur os meum laude: vt cãtem gloriam tuam tota die magnitudinem tuam.

Ne proiicias me in tempore ſenectutis: cũ defecerit virtus mea/ ne derelinquas me.

Quia dixerunt inimici mei mihi: et qui cuſtodiebant aĩam meã conſilium fecerunt in vnum.

Dicentes deus dereliquit eum: perſequimini et comprehẽdite eũ: quia non eſt qui eripiat.

Deꝰ ne elõgeris a me: deꝰ meus in auxilium meum reſpice.

Confundantur et deficiant detrahentes anime mee: operiantur cõfuſione ⁊ pudore qui querunt mala mihi.

Ego autẽ ſemꝑ ſperabo: et adiiciam ſuper omnem laudem tuam.

Os meum annunciabit iuſticiam tuam: tota die ſalutare tuum.

Qm̄ non cognoui litteraturam: introibo in potentias dñi: domine memorabor iuſticie tue ſolius.

Deꝰ docuiſti me a iuuentute mea et vſqꝫ nunc: pronunciabo mirabilia tua.

Et vſqꝫ in ſenectã ⁊ ſenium: deus ne derelinquas me.

Donec annunciem brachiũ tuũ: generationi omni que ventura eſt.

Potentiã tuam ⁊ iuſticiam tuam deus vſqꝫ in altiſſima q̃ feciſti magnalia: deus quis ſimilis tibi.

Quantas oſtendiſti mihi tribulationes multas ⁊ malas: et cõuerſus viuificaſti me: et de abyſſis terre iterum reduxiſti me.

Multiplicaſti magnificẽtiã tuã: et conuerſus cõſolatus es me.

Nam et ego confitebor tibi in vaſis pſalmi veritatẽ tuã deꝰ: pſallã tibi in cythara ſanctus iſrael.

Exultabũt labia mea cũ cãtauero tibi: et aĩa mea quam redemiſti.

Sed et lingua mea tota die meditabitur iuſticiam tuam: cum cõfuſi et reueriti fuerint/ qui querũt mala mihi. ¶ In.xl.ãn. Eſto mihi dñe in deum protectorem. vi. ps.lxxi.

DEus iudiciũ tuũ regi da: ⁊ iuſticiam tuam filio regis:

Iudicare populum tuum in iuſticia: et pauperes tuos in iudicio.

Suſcipiãt mõtes pacem populo: et colles iuſticiam.

Iudicabit paupes populi? ꝛ ſal=
uos faciet filios pauperum:et hu=
miliabit calumniatorem.
Et permanebit cū ſole ꝛ ante lu
nam:in generatiōe ꝛ generationē.
Deſcēdet ſicut pluuia in vellꝰ:et
ſicut ſtillicidia ſtillātia ſup terrā.
Orietur in diebus eius iuſticia et
abundātia pacis:donec auferatur
luna.
Et dominabitur a mari vſq ad
mare:et a flumie vſq ad terminos
orbis terrarum.
Coram illo procident ethiopes:
et inimici eius terram lingent.
Reges tharſis et inſule munera
offerent:reges arabum ꝛ ſaba do=
na adducent.
Et adorabūt eum omnes reges:
omnes gentes ſeruient ei.
Quia liberabit pauperē a potēte:
et pauperem cui non erat adiutor.
Parcet pauperi et inopi:et aias
pauperum ſaluas faciet.
Ex vſuris et iniquitate redimet
animas eorum:et honorabile no=
men eorum coram illo.
Et viuet et dabit ei de auro ara=
bie? et adorabunt de ipſo ſemper:
tota die benedicent ei.
Erit firmamētum in terra in ſum
mis montium ? ſuperextolletur ſu
per libanum fructus eius: ꝛ flore=
bunt de ciuitate ſicut fenū terre.
Sit nomen eius benedictum in
ſecula: ante ſolem ꝑmanet nomen
eius.
Et benedicentur in ipſo omnes
tribus terre:omnes gentes magni
ficabunt eum.
Benedictꝰ dominus deus iſrael:
qui facit mirabilia ſolus.
Et benedictum nomen maieſta=
tis eius in eternum:et replebitur
maieſtate eius oīs terra fiat fiat.
Quam bonus ps.lxxij.
iſrl deus:his qui recto ſunt
corde.
Mei autē pene moti ſunt pedes:
pene effuſi ſunt greſſus mei.
Quia zelaui ſup iniquos:pacem
peccatorum videns.
Quia nō eſt reſpectus morti eorū:
et firmamentum in plaga eorum.
In labore hoīm non ſunt:et cum
hominibus non flagellabuntur.
Ideo tenuit eos ſuperbia:operti
ſunt iniquitate ꝛ impietate ſua.
Prodijt quaſi ex adipe iniqtas
eorū:tranſierūt in affectū cordis.
Cogitauerunt et locuti ſunt ne=
quitiam:iniquitatem in excelſo lo
cuti ſunt.
Poſuerunt in celū os ſuum:et lin
gua eorum tranſiuit in terra.
Ideo cōuertetur ppls meus hic:
et dies pleni inuenientur in eis.
Et dixerūt quomodo ſcit deus:
et ſi eſt ſcientia in excelſo.
Ecce ipſi pctōres ꝛ abundantes
in ſeculo:obtinuerunt diuitias.
Et dixi? ergo ſine cauſa iuſtifica
ui cor meum:et laui inter innocen
tes manus meas.
Et fui flagellatus tota die:ꝛ ca=
ſtigatio mea in matutinis.
Si dicebā narrabo ſic:ecce natio
nem filiorū tuorū reprobaui.
Exiſtimabam vt cognoſcerē:hoc
labor eſt ante me.
Donec intrem in ſanctuariū dei:
et intelligam in nouiſſimis eorū.

Uerũtamen propter dolos poſui
ſti eis: deieciſti eos dũ alleuarent.
Quomodo facti ſunt in deſolatio
nem: ſubito defecerunt perierunt
propter iniquitatem ſuam.
Uelut ſomnium ſurgentium: do=
mine in ciuitate tua imaginẽ ipoꝝ
ad nihilum rediges.
Quia inflammatum eſt cor meũ:
et renes mei cõmutati ſunt: et ego
ad nihilum redactꝰ ſum et neſciui.
Ut iumentũ factus ſum apud te:
et ego ſemper tecum.
Tenuiſti manũ dexteram meã:
et in voluntate tua deduxiſti me:
et cum gloria ſuſcepiſti me.
Quid enim mihi eſt in celo: ꝛ a te
quid volui ſuper terram.
Defecit caro mea et cor meum:
deus cordis mei ꝛ pars mea deus
in eternum.
Quia ecce qui elõgãt ſe a te peri=
bunt: perdidiſti omnes qui forni=
cantur abs te.
Mihi autem adherere deo bonuz
eſt: ponere in dño deo ſpem meã.
Ut annũciem oẽs predicatiões
tuas: in portis filie ſyon. Añ. Alľa.
iij. Cap. Uigilate. ℣. Gaudebũt la
bia mea dum cantauero tibi. Et ani
ma mea quam redemiſti dñe. Colľa.
Salua nos. In .xl. añ. Tenuiſti dñe
manũ dexterã meã. vj. In laud. ps.
Miſerere. ps. Exaudi deꝰ orõnẽ
meã cũ dep. ps. Te decet. Cãticũ.
Exultauit cor. ps. Laudate. añ.
Ampliꝰ laua me dñe ab iniuſticia mea.
Capm. Nox pceſſit. ℟. Exaudi nos
deus Salutaris noſter. ℣. Spes oim
finium terre: et in mari longe. Salu=
taris. Hyꝰ. Splẽdor. ℣. In matu=
tinis. Ad bñꝰ añ. In ſanctitate ſer=
uiamus dño ꝛ liberabit nos ab inimi
cis noſtris. ¶ Feria. v. Inuitato.
Adoremus dñm. Qm̃ ipſe fecit nos.
ps. Uenite. Hyꝰ. Eterne rerũ cõ.
¶ In primo noctur. ps. lxxiij.

VT quid deus repu
liſti in finẽ: iratus
eſt furor tuꝰ ſuper
oues paſcue tue.
Memor eſto ꝯgre
gationis tue: quaz
poſſediſti ab initio.
Redemiſti virgã hereditatis tue:
mons ſyon in quo habitaſti in eo.
Leua manus tuas in ſupbias eo
rum in finem: quanta malignatus
eſt inimicus in ſancto.
Et gloriati ſunt qui oderunt te:
in medio ſolennitatis tue.
Poſuerunt ſigna ſua ſigna: et non
cognouerunt ſicut in exitu ſuper
ſummum.
Quaſi in ſilua lignoꝝ ſecuribꝰ ex
ciderunt ianuas eius in idipſum:
in ſecuri et aſcia deiecerunt eam.
Incenderunt igni ſanctuariũ tuuz
in terra: polluerunt tabernaculum
nominis tui.
Dixerunt in corde ſuo cognatio
eorum ſimul: quieſcere faciamus
omnes dies feſtos dei a terra.
Signa noſtra non vidimus: iam
non eſt propheta: et nos nõ cogno
ſcet amplius.
Uſqꝫquo deus improperabit ini
micus: irritat aduerſarius nomen
tuum in finem.
Ipſe dominꝰ deus noſter: in vniuerſa terra iudicia eius.

Memor fuit in ſeculum teſtamenti ſui: verbi quod mādauit in mille generationes.

Quod diſpoſuit ad abraham: ⁊ iuramenti ſui ad yſaac.

Et ſtatuit illud iacob in p̄ceptū: et iſrael in teſtamentū eternum.

Dicēs tibi dabo terrā chanaan: funiculum hereditatis veſtre.

Cum eſſent numero breui: pauciſſimi et incole eius.

Et pertrāſierūt de gēte in gentē: et de regno ad populū alterum.

Non reliquit hoīem nocere eis: et corripuit pro eis reges.

Nolite tangere chriſtos meos: ⁊ in p̄phetis meis nolite malignari.

Et vocauit famem ſuper terrā: et omne firmamentū panis cōtriuit.

Miſit ante eos virum: in ſeruum
venundatus eſt ioſeph.
Humiliauerunt in cōpedibus pe
des eius: ferrum pertranſijt aīam
eius: donec veniret verbū eius.
Eloquium domini inflammauit
eum: miſit rex et ſoluit eum: prin=
ceps populorum et dimiſit eum.
Conſtituit eū dn̄m domus ſue: et
principem oīs poſſeſſionis ſue.
Ut erudiret principes eius ſicut
ſemetipſum: et ſenes eius pruden=
tiam doceret. Diuiſio.
ET intrauit iſrael in egyptū:
et iacob accola fuit in terra
cham.
Et auxit populū ſuū vehemēter:
et firmauit eū ſuper inimicos eius
Conuertit cor eorum vt odirent
populum eius: et dolum facerēt in
ſeruos eius.
Miſit moyſen ſeruum ſuū: aaron
quem elegit ipſum.
Poſuit in eis verba ſignoꝝ ſuoꝝ:
et prodigiorum in terra cham.
Miſit tenebras et obſcurauit: et
non exacerbauit ſermones ſuos.
Conuertit aquas eoꝝ in ſangui=
nem: et occidit piſces eorum.
Et dedit terra eorū ranas: in pe=
netralibus regum ipſorum.
Dixit ⁊ venit cinomia ⁊ ſcinifes:
in omnibus finibus eorum.
Poſuit pluuias eoꝝ grandinem:
ignem cōburentem in terra ipſoꝝ.
Et percuſſit vineas eorum et fi=
culneas eorū: et contriuit lignum
finium eorum.
Dixit et venit locuſta et brucus:
cuius non erat numerus.
Et comedit omne fenum in terra
eorum: et comedit oēm fructū ter=
re eorum.
Et percuſſit omne primogenitū
in terra eorū: primitias omnis la=
boris eorum.
Et eduxit eos cū argēto ⁊ auro:
et nō erat in tribubus eoꝝ infirm9.
Letata eſt egyptus in profectio=
ne eorum: quia incubuit timor eo=
rum ſuper eos.
Expandit nubē in protectionem
eorum: et ignem vt luceret eis per
noctem.
Petierūt et venit coturnix: ⁊ pa=
ne celi ſaturauit eos.
Dirupit petram ⁊ fluxerūt aque:
abierunt in ſicco flumina.
Quoniam memor fuit verbi ſan=
cti ſui: qđ habuit ad abraham puc=
rum ſuum.
Et eduxit populū ſuum in exulta
tione: ⁊ electos ſuos in leticia.
Et dedit illis regiones gentiū: ⁊
labores populorum poſſederūt.
Ut cuſtodiāt iuſtificationes ei9:
et legem eius requirant. An. Lete=
tur cor querētium dominum. viij. ℣.
Querite dominum et confirmamini.
Querite faciē eius ſemp. Bn̄dictio.
Ad gaudia paradiſi: pducat nos mi=
ſericordia ieſu chriſti. Lectio.
BEnefac iuſto: ⁊ inuenies re
tributionem magnam. Et ſi
non ab ipſo: certe a dn̄o. Non enim
eſt ei bene qui aſſiduus eſt in ma=
lis: et elemoſinam non danti. Qm̄
et altiſſimus odio habet peccato=
res: et miſert9 eſt penitētibus. Tu.
℟. Dn̄e exaudi Orationē meā. ℣. Et
clamor meus ad te veniat. Orationē.
¶ In ſcđo nocturno. ps. cv.

COnfitemini domi=
no qm̄ bon⁹: qm̄ in
ſeculū mīa eius.
Quis loquet̄ potē
tias dn̄i: auditas fa
ciet oēs laudes ei⁹
Beati qui cuſtodiūt iudicium: et
faciunt iuſticiam in omni tēpore.
Memento noſtri domine in bene=
placito populi tui: viſita nos in ſa
lutari tuo.
Ad videndum in bonitate electo
rum tuorum: ad letandum in leti=
cia gentis tue: vt lauderis cum he
reditate tua.
Peccauimus cū patrib⁹ noſtris:
iniuſte egim⁹ iniq̄tatem fecimus.
Patres noſtri in egypto nō intel
lexerunt mirabilia tua: nō fuerunt
memores multitudinis mīe tue.
Et irritauerūt aſcēdentes in ma
ri: mari rubro.
Et ſaluauit eos propter nomen
ſuū: vt notā faceret potētiam ſuā.
Et increpuit mare rubrum et ex=
ſiccatū eſt: ⁊ deduxit eos in abyſ=
ſis ſicut in deſerto.
Et ſaluauit eos de manu odien=
tiū: ⁊ redemit eos de manu īimici.
Et operuit aqua tribulātes eos:
vnus ex eis non remanſit.
Et crediderūt verbis eius: ⁊ lau
dauerunt laudem eius.
Cito fecerunt obliti ſunt operum
eius: ⁊ nō ſuſtinuerūt cōſiliū eius.
Et cōcupierunt concupiſcētiam
in deſerto: et temptauerūt deum in
inaquoſo.
Et dedit eis petitionem ipſoꝝ: ⁊
miſit ſaturitatem in animas eoꝝ.
Et irritauerūt moyſen in caſtris:



aaron ſanctum domini.
Aperta eſt terra ⁊ deglutiuit da=
than: ⁊ operuit ſuper cōgregatio=
nem abyron.
Et exarſit ignis in ſynagoga eo=
rum: flamma cōbuſſit peccatores.
Et fecerunt vitulum in oreb: et
adorauerunt ſculptile.
Et mutauerunt gloriam ſuam: in
ſimilitudinem vituli comedētis fe
num.
Obliti ſunt deū qui ſaluauit eos:
qui fecit magnalia in egypto. mi=
rabilia in terra cham: terribilia in
mari rubro.
Et dixit vt diſperderet eos: ſi nō
moyſes electus eius ſtetiſſet in cō
fractione in conſpectu eius.
Ut auerteret iram eius ne diſper
deret eos: ⁊ pro nihilo habuerunt
terram deſiderabilem.
Non crediderunt verbo eius: et
murmurauerūt in tabernaculis ſu
is: non exaudierunt vocem dn̄i.
Et eleuauit manū ſuā ſuper eos:
vt proſterneret eos in deſerto.
Et vt deijceret ſemen eorum in
nationibus: et diſpergeret eos in
regionibus.
Et initiati ſunt beelphegor: et co
mederunt ſacrificia mortuorum.
Et irritauerunt eum in adinuen=
tionib⁹ ſuis: et multiplicata eſt in
eis ruina.
Et ſtetit phinees et placauit: et
ceſſauit quaſſatio.
Et reputatū eſt ei in iuſticiam: in
generatione et generationem vſq;
in ſempiternum. Diuiſio.
ET irritauerunt eū ad aquas
cōtradictionis: ⁊ vexatus

eſt moyſes propter eos: quia exacerbauerunt ſpiritum eius.
Et diſtinxit in labijs ſuis: nõ diſperdiderũt gentes quas dixit dominus illis.
Et commixti ſunt inter gentes ꝛ et didicerunt opera eoꝝ et ſeruierunt ſculptilibus eorum: et factum eſt illis in ſcandalum.
Et immolauerunt filios ſuos: et filias ſuas demonijs.
Et effuderũt ſanguinem innocentem ꝛ ſanguinem filiorũ ſuorum et filiarum ſuaꝝ: quas ſacrificauerũt ſculptilibus chanaam.
Et interfecta eſt terra in ſanguinibus ꝛ et contaminata eſt in operibus eorũ: et fornicati ſunt in adinuentionibus ſuis.
Et iratus eſt furore dominus in populum ſuum: et abominatus eſt hereditatem ſuam.
Et tradidit eos in manus gẽtiũ: et dñati ſunt eoꝝ q̃ oderunt eos.
Et tribulauerũt eos inimici eorum ꝛ et humiliati ſunt ſub manibꝰ eorum: ſepe liberauit eos.
Ipſi autem exacerbauerunt eũ in cõſilio ſuo: et humiliati ſunt in iniquitatibus ſuis.
Et vidit cum tribularentur: et audiuit orationem eorum.
Et memor fuit teſtamenti ſui: et penituit eũ ſcdm multitudinem miſericordie ſue.
Et dedit eos in mias: in conſpectu omnium qui ceperant eos.
Saluos fac nos dñe deus noſter: et congrega nos de nationibus.
Ut cõfiteamur noĩ ſancto tuo: et gloriemur in laude tua.
Bñdictus dñs deus iſrael a ſeculo ꝛ vſqꝫ in ſclm: et dicet omnis populꝰ fiat fiat. In.xl.ãn. Uiſita nos dñe in ſalutari tuo. viij. ps.cvj.
Confitemini domino qm̃ bonus: quoniã in ſeculum miſericordia eius.
Dicant qui redẽpti ſunt a domino ꝛ quos redemit de manu inimici: de regionibus cõgregauit eos.
A ſolis ortu et occaſu: ab aquilone et mari.
Errauerunt in ſolitudine in inaquoſo: viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt.
Eſurientes et ſitientes: anima eorum in ipſis defecit.
Et clamauerunt ad dominũ cum tribularentur: et de neceſſitatibus eorum eripuit eos.
Et deduxit eos in viam rectã: vt irent in ciuitatem habitationis.
Confiteãtur dño mĩe eius: et mirabilia eius filijs hominum.
Quia ſatiauit aĩam inanem: et animam eſurientem ſatiauit bonis.
Sedentes in tenebris et vmbra mortis: vinctos in mendicitate et ferro.
Quia exacerbauerunt eloq̃a dei: et cõſilium altiſſimi irritauerunt.
Et humiliatum eſt in laboribus cor eorũ: et infirmati ſunt/nec fuit qui adiuuaret.
Et clamauerunt ad dñm cũ tribularẽtur: et de neceſſitatibus eorum liberauit eos.
Et eduxit eos de tenebris et vmbra mortis: ꝛ vincula eoꝝ dirupit.
Confiteantur dño mĩe eius: et mirabilia eius filijs hominum.

Quia contriuit portas ereas: et vectes ferreos confregit.
Suſcepit eos de via iniquitatis eorum: ꝓpter iniuſticias eniʒ ſuas humiliati ſunt.
Omnem eſcam abominata eſt ani ma eorum: et appropinquauerunt vſq; ad portas mortis.
Et clamauerunt ad dominū cum tribularentur: et de neceſſitatibus eorum liberauit eos.
Miſit verbum ſuū et ſanauit eos: ⁊ eripuit eos de interitionibꝰ eoꝝ.
Confiteātur dn̄o mīe eius: et mi= rabilia eius filijs hominum.
Et ſacrificent ſacrificiū laudis: et annuncient opera eius in exul= tatione.
Qui deſcendūt mare in nauibus: faciētes operationē in aquis mul tis.
Ipſi viderūt opera domini: ⁊ mi= rabilia eius in profundo. Diuiſio.
Dixit ⁊ ſtetit ſpūs ꝓcelle: et exaltati ſunt fluctus eius.
Aſcendunt vſq; ad celos: et de= ſcendunt vſq; ad abyſſos: aīa eorū in malis tabeſcebat.
Turbati ſunt et moti ſunt ſicut ebrius: et omnis ſapientia eorum deuorata eſt.
Et clamauerunt ad dominū cum tribularentur: et de neceſſitatibus eorum eduxit eos.
Et ſtatuit ꝓcellā eius in auram: et ſiluerunt fluctus eius.
Et letati ſunt quia ſiluerunt: et deduxit eos in portum voluntatis eorum.
Confiteantur dn̄o mīe eius: et mi rabilia eius filijs hominum.
Et exaltent eum in eccleſia ple= bis: et in cathedra ſeniorum lau= dent eum.
Poſuit flumina in deſertū: et exi= tus aquarum in ſitim.
Terrā fructiferā in ſalſuginem: a malicia inhabitantium in ea.
Poſuit deſertum in ſtagna aqua= rum: et terram ſine aqua in exitus aquarum.
Et collocauit illic eſurientes: et conſtituerūt ciuitatem habitatio= nis.
Et ſeminauerunt agros et plan= tauerunt vineas: ⁊ fecerunt fructū natiuitatis.
Et benedixit eis et multiplicati ſunt nimis: et iumenta eorum non minorauit.
Et pauci facti ſunt: ⁊ vexati ſunt a tribulatione maloꝝ et dolore.
Effuſa eſt contentio ſuper princi pes: et errare fecit eos in inuio et non in via.
Et adiuuit pauperem de inopia: et poſuit ſicut oues familias.
Videbūt recti ⁊ letabūtur: ⁊ om= nis iniquitas opilabit os ſuum.
Quis ſapiens et cuſtodiet hec: et intelliget miſericordias domini.
In .xl. ān. De neceſſitatibus noſtris libera nos domine. v. ps. cvij.
Paratum cor meū deus pa= ratum cor meum: cātabo et pſallam in gloria mea.
Exurge pſalteriū et cythara: ex= urgam diluculo.
Confitebor tibi in populis dn̄e: et pſallam tibi in nationibus.
Quia magna ſup celos mīa tua: ⁊ vſq; ad nubes veritas tua.

Exaltare ſuper celos deus: ꝛ ſuper omnem terram gloria tua: vt liberentur dilecti tui.
Saluum fac dextera tua ꝛ exaudi me: deus locutus eſt in ſancto ſuo.
Exultabo et diuidã ſiccimã: ꝛ cõuallem tabernaculorum dimetiar.
Meus eſt galaad et meus eſt manaſſes: et effraim ſuſceptio capitis mei.
Iuda rex meus: moab lebes ſpei mee.
In idumeam extendam calciamentũ meum: mihi alienigene amici facti ſunt.
Quis deducet me in ciuitatẽ munitaꝫ: quis deducet me vſqꝫ in idumeam.
Nõne tu deꝰ q̃ repuliſti nos: ꝛ nõ exibis deus in virtutibus noſtris.
Da nobis auxilium de tribulatione: quia vana ſalus hominis.
In deo faciemus virtutem: ꝛ ipſe ad nihilũ deducet inimicos nr̃os.

Deus laudem ps.cviij. meaꝫ ne tacueris: quia os peccatoris et os doloſi ſuper me apertum eſt.
Locuti ſunt aduerſum me lingua doloſa: et ſermonibus odij circũdederunt me: ꝛ expugnauerũt me gratis.
Pro eo vt me diligerent detrahebant mihi: ego autem orabam.
Et poſuerũt aduerſuꝫ me mala ꝓ bonis: ꝛ odiũ pro dilectione mea.
Conſtitue ſuper eũ peccatorem: et dyabolus ſtet a dextris eius.
Cum iudicatur exeat ꝯdẽnatus: et oratio eius fiat in peccatum.
Fiant dies eius pauci: et epiſcopatum eius accipiat alter.
Fiant filij eius orphani: et vxor eius vidua.
Nutantes trãſſerantur filij eius et mẽdicent: et eijciantur de habitationibus ſuis.
Scrutetur fenerator oẽm ſubſtantiam eius: et diripiant alieni labores eius.
Non ſit illi adiutor: nec ſit qui miſereatur pupillis eius.
Fiant nati eius in interitũ: in generatione vna deleat̃ nomen eius.
In memoriã redeat iniquitas patrum eius in cõſpectu dñi: et pctm̃ matris eius non deleatur.
Fiant cõtra dñm ſemp: ꝛ diſpeat de terra memoria eorum: pro eo ꝙ nõ eſt recordatus facere miam.
Et perſecutus eſt hominem inopem et mendicum: ꝛ conpunctum corde mortificare.
Et dilexit maledictionem et veniet ei: ꝛ noluit benedictionem et elongabitur ab eo.
Et induit maledictionẽ ſicut veſtimentum: et intrauit ſicut aqua in interiora eius: et ſicut oleum in oſſibus eius.
Fiat ei ſicut veſtimentũ quo operitur: et ſicut zona qua ſemper precingitur.
Hoc opus eoꝝ qui detrahunt mihi apud dñm: et qui loquuntur mala aduerſus animam meam.
Et tu domine dñe fac mecũ propter nomen tuum: quia ſuauis eſt miſericordia tua.
Libera me quia egenꝰ et pauper ego ſum: et cor meum cõturbatum eſt intra me.

Sicut vmbra cū declinat ablatus
ſum: et excuſſus ſum ſicut locuſta.
Genua mea īfirmata ſūt a ieiunio:
et caro mea imutata eſt, ꝓpter oleū
Et ego fact⁹ ſuꝫ opprobriū illis:
viderūt me ⁊ mouerūt capita ſua.
Adiuua me domine deus meus:
ſaluum me fac ſcḋm miam tuam.
Et ſciant quia manus tua hec: et
tu domine feciſti eam.
Maledicent illi ⁊ tu benedices:
qui inſurgunt in me cōfundentur:
ſeruus autem tuus letabitur.
Induantur qui detrahūt mihi pu
dore: et operiantur ſicut diploide
confuſione ſua.
Cōfitebor dño nimis in ore meo:
et in medio multoꝝ laudabo eum.
Qui aſtitit a dextris pauperis: vt
ſaluā faceret a perſequentib⁹ aīam
meam. Añ. Allā. iij. Cap. Vigilate.
℣. Cōfitebor dño nimis in ore meo.
Et i medio mltoꝝ laudabo eū. Coll.
Salua nos. In .xl. añ. Confitebor
dño nimis in ore meo. v. In lau. ps.
Miſerere mei de⁹. ps. Dñe exau-
di orōnem meā auribus. Canticū.
Audite celi. Ignis ſuccenſus. ps
Laudate do. añ. Benigne fac in bo
na volūtate tua dñe. Cap. Nox pceſ
ſit. ℟. Auditaꝫ fac mihi mane. Miam
tuā. ℣. Quia in te ſperaui dñe. Miaꝫ.
Hy⁹. Splēdor. ℣. Repleti ſumus.
Ad bñ⁹ añ. In viā pacis dirige nos
dñe. ¶ Dñicis dieb⁹ ad veſ. ps. cix
Dixit dominus dño
meo: ſede a dextris
meis.
Donec ponā ini-
micos tuos: ſcabel
lum pedum tuoꝝ.

Virgam virtutis tue emittet do-
minus ex ſyon: dñare in medio ini
micorum tuorum.
Tecum principiū in die virtutis
tue: in ſplēdoribus ſanctorum: ex
vtero ante luciferum genui te.
Iurauit dñs et non penitebit eū:
tu es ſacerdos in eternuꝫ/ſcḋm or
dinem melchiſedech.
Dominus a dextris tuis: confre
git in die ire ſue reges.
Iudicabit in nationibus imple-
bit ruinas: conquaſſabit capita in
terra multorum.
De torrēte in via bibet: ꝓpterea
exaltabit caput. ps. cx.
Confitebor tibi dñe in toto
corde meo: in conſilio iuſto
rum et congregatione.
Magna opera domini: exquiſita
in omnes voluntates eius.
Confeſſio et magnificētia opus
eius: et iuſticia eius manet in ſecu
lum ſeculi.
Memoriā fecit mirabiliuꝫ ſuoꝝ:
miſericors et miſerator dominus:
eſcam dedit timentibus ſe.
Memor erit in ſeculum teſtamen
ti ſui; virtutem operum ſuorum an
nunciabit populo ſuo.
Vt det illis hereditatem gentiū:
opa manuū eius veritas ⁊ iudiciū.
Fidelia oīa mandata eius: con-
firmata in ſeculum ſeculi: facta in
veritate ⁊ equitate.

Redēptionem miſit populo ſuo:
mādauit in eternū teſtamentū ſuū.
Sanctuꝫ ⁊ terribile nomen eius:
initium ſapientie timor domini.
Intellectus bonus omnibus fa-
cientibus eū: laudatio eius manet





in ſeculum ſeculi. ps. cxi.

Beatus vir qui timet dñz: in mãdatis eius volet nimis.
Potens in terra erit ſemen eius: generatio rectoꝝ benedicetur.
Gloria et diuitie in domo eius: et iuſticia eius manet in ſclm ſeculi.
Exortum eſt in tenebris lumen rectis: miſericors et miſerator et iuſtus.
Iocundus homo qui miſeretur ꝛ cõmodat: diſponet ſermões ſuos in iudicio: quia in eternũ non commouebitur.
In memoria eterna erit iuſtus: ab auditione mala non timebit.
Paratum cor eius ſperare in domino: cõfirmatum eſt cor eius: nõ cõmouebitur donec deſpiciat inimicos ſuos.
Diſperſit dedit pauperibus: iuſticia eius manet in ſeculuz ſeculi: cornu eius exaltabitur in gloria.
Peccatoꝛ videbit et iraſcetur: dentibus ſuis fremet et tabeſcet: deſiderium peccatoꝝ peribit. ps. cxij.

Laudate pueri dominũ: laudate nomen domini.
Sit nomen dñi benedictũ: ex hoc nunc et vſqꝫ in ſeculum.
A ſolis ortu vſqꝫ ad occaſum: laudabile nomen domini.
Excelſus ſuper oẽs gentes dñs: et ſuper celos gloria eius.
Quis ſicut dñs deꝰ noſter qui in altis habitat: ꝛ humilia reſpicit in celo et in terra.
Suſcitans a terra inopẽ: ꝛ de ſtercore erigens pauperem.
Ut collocet eũ cum principibus: cum principibus populi ſui.
Qui habitare facit ſterilem in domo: matrem filiorum letantem. ãn. Dixit dominus domino meo: ſede a dextris meis. vij. Capitulum.

Benedictus deꝰ et pater domini noſtri ieſu chriſti: pater miaꝝ et deus totius cõſolationis: qui cõſolatur nos in omni tribulatione noſtra. ℟. Quam magnificata ſunt Opera tua dñe. ℣. Oia in ſapiẽtia feciſti: repleta eſt terra. Opa. Hyꝰ. Deus creatoꝛ. ℣. Dirigatur dñe oratio mea. Sicut incẽſum in conſpectu tuo. Tpe paſchali tam diebus dominicis feſtis ꝙ priuatis: in vtriſqꝫ veſpis ãn. Alla. x. ¶ In vtriſqꝫ veſpis aſcẽſionis: et conſequẽter vſqꝫ ad vigiliã pẽtheco. ãn. Alla. ix. ¶ In vtriſqꝫ veſpis pẽthecoſtes. ãn. Alla. vj. ¶ Ad ꝯpletoriũ. prio dr. Iube dõne bñdicere. Bñdictio. Noctẽ qetã: tribuat nobis oñs ꝛ miſericors dñs: Amẽ. Lcõ

Fratres: ſobrij eſtote et vigilate: quia aduerſariꝰ veſter dyabolus tanqꝫ leo rugiẽs circuit querens quem deuoret: cui reſiſtite fortes in fide. Tu autem. ℣. Adiutoriũ noſtrũ in noie dñi: Qui fecit celuz ꝛ terrã: Pater noſter. Deus in adiutoriũ. ps. Cũ inuocarem. ps Qui habitat. ps. Ecce nunc. Hyꝰ Chriſte qui lux. Sed priuatis diebus. Hyꝰ. Te lucis. Capitulum.

Tu autem in nobis es dñe: et nomen tuũ inuocatũ eſt ſuper nos: ne derelinquas nos domine deꝰ noſter. ℣. Cuſtodi nos dñe vt pupillem oculi. Sub vmbra alaruz tuarũ ꝓtege nos. Kyri el. Chriſte el. Kyri el. Pr nr. Et ne nos. Collecta

Viſita q̄s dn̄e habitationē
iſtā: ⁊ oēs inſidias inimi-
ci ab ea longe repelle: et angeli tui
ſancti habitātes in ea nos in pace
cuſtodiāt: et benedictio tua ſit ſu-
per nos ſemper. Et famlos tuos
ab omni aduerſitate cuſtodi. Per.
Benedicam⁹ dn̄o. Deo gratias.
Benedictio dei oīpotentis: pa-
tris et filij et ſpirituſſancti; deſcen
dat et maneat ſuper nos. Amen.
Pater noſter. Credo in deum.
Deinde cōpleto. virginis marie.

¶ Feria. ij. ad veſpas. ps. cxiij.

In exitu iſrl' de egy
pto: dom⁹ iacob de
populo barbaro.
Facta eſt iudea ſā
ctificatio ei⁹: iſrael
poteſtas eius.
Mare vidit et fugit: iordanis con
uerſus eſt retrorſum.
Montes exultauerūt vt arietes:
et colles ſicut agni ouium.
Quid eſt tibi mare quod fugiſti: ⁊
tu iordanis quia conuerſus es re-
trorſum.
Montes exultaſtis ſicut arietes:
et colles ſicut agni ouium.
A facie dn̄i mota eſt terra: a facie
dei iacob.
Qui conuertit petram in ſtagna
aquaꝝ: et rupem in fontes aquaꝝ.
Non nobis dn̄e nō nobis: ſed no
mini tuo da gloriam.
Super miſericordia tua et verita
te tua: nequādo dicant gētes/ vbi
eſt deus eorum.
Deus autem noſter in celo: oīa
quecunqꝫ voluit fecit.
Simulachra gentium argentum



et aurum: opera manuum hoīm.
Os habent et non loquentur: ocu
los habent et non videbunt.
Aures habent et non audient: na
res habent et non odorabunt.
Manus habent ⁊ nō palpabunt:
pedes habent ⁊ non ambulabunt:
non clamabunt in gutture ſuo.
Similes illis fiant qui faciūt ea:
et omnes qui confidunt in eis.
Dom⁹ iſrael ſperauit in dn̄o: ad-
iutor eorum ⁊ protector eoꝝ eſt.
Dom⁹ aaron ſperauit in dn̄o: ad-
iutor eorum et protector eoꝝ eſt.
Qui timent dominum ſperauerūt
in domino: adiutor eorum et pro-
tector eorum eſt.
Dominus memor fuit nr̄i: ⁊ bene
dixit nobis.
Benedixit domui iſrael: benedi-
xit domui aaron.
Benedixit oībus qui timent do-
minum: puſillis cum maioribus.
Adijciat dn̄s ſup vos: ſuper vos
et ſuper filios veſtros.
Benedicti vos domino: qui fecit
celum ⁊ terram.
Celū celi domino: terram autem
dedit filijs hominum.
Nō mortui laudabūt te domine:
neqꝫ oēs qui deſcēdunt in infernū.
Sed nos qui viuimus benedici-
mus domino: ex hoc nūc et vſqꝫ in
ſeculum. an. Nos qui viuimus bene
dicimus domino. ps. cxiiij.
Dilexi qm̄ exaudiet domi-
nus: vocem orationis mee.
Quia inclinauit aurem ſuā mihi:
et in diebus meis inuocabo.
Circūdederunt me dolores mor
tis: pericula inferni inuenerūt me.



BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg

Tribulationem et dolorem inueni:et nomen domini inuocaui.
O domine libera animam meam⁊ miſericors dominus et iuſtus: et deus noſter miſeretur.
Cuſtodiens paruulos dñs:humiliatus ſum et liberauit me.
Conuertere anima mea in reqem tuam:quia dñs benefecit tibi.
Quia eripuit aīam meam de morte⁊oculos meos a lachrymis:pedes meos a lapſu.
Placebo domino: in regione viuorum. an. Inclinauit dominus aurem ſuam mihi. ſ. Pſalmus.cxv.

Credidi propter quod locutus ſum: ego autē humiliatus ſum nimis.
Ego dixi in exceſſu meo: omnis homo mendax.
Quid retribuam domino:pro omnibus que retribuit mihi.
Calicem ſalutaris accipiā:et nomen domini inuocabo.
Vota mea domino reddā coram omni populo eius:precioſa in conſpectu dñi mors ſanctoꝝ eius.
O dñe quia ego ſeruus tuus: ego ſeruus tuus et filius ancille tue.
Dirupiſti vincula mea⁊tibi ſacrificabo hoſtiā laudis: ⁊ nomen domini inuocabo.
Vota mea dño reddā in ꝯſpectu oīs populi eius: in atrijs domus dñi/in medio tui hierl'm. ps.cxvi.

Laudate dñm oēs gentes: laudate eum oēs populi.
Qm̄ confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius:et veritas domini manet in eternum. an. Laudate dominum omnes gētes. viij. ps.cxvij.

Confitemini dño qm̄ bon⁹: qm̄ in ſeculū mīa eius.
Dicat nunc iſrael qm̄ bonus:qm̄ in ſeculum miſericordia eius.
Dicat nunc domus aaron:qm̄ in ſeculum miſericordia eius.
Dicant nunc qui timēt dominū: quoniam in ſeculum mīa eius.
De tribulatione inuocaui dñm: ⁊ exaudiuit me in latitudine dñs.
Dñs mihi adiutor:nō timebo qd faciat mihi homo.
Dñs mihi adiutor: et ego deſpiciam inimicos meos.
Bonū eſt confidere in dño:q̄ȝ cōfidere in homine.
Bonum eſt ſperare in dño:q̄ȝ ſperare in principibus.
Omnes gētes circuierunt me: et in noīe dñi quia vltus ſum in eos.
Circūdantes circūdederūt me:⁊ in noīe dñi quia vltus ſum in eos.
Circūdederunt me ſicut apes⁊⁊ exarſerunt ſicut ignis in ſpinis: et in noīe dñi quia vltus ſum in eos.
Impulſus euerſus ſum vt caderē: et dominus ſuſcepit me.
Fortitudo mea et laus mea dñs: et factus eſt mihi in ſalutem.
Vox exultationis ⁊ ſalutis:in tabernaculis iuſtorum.
Dextera dñi fecit virtutē⁊dextera dñi exaltauit me: dextera domini fecit virtutem.
Non moriar ſed viuam:et narrabo opera domini.
Caſtigans caſtigauit me dñs: et morti non tradidit me.
Aperite mihi portas iuſticie⁊et ingreſſus in eas ꝯfitebor dño: hec porta dñi.iuſti intrabūt in eam.

Cōfitebor tibi q̄m exaudiſti me: et factus es mihi in ſalutem.

Lapidem quem reprobauerunt edificātes: hic factus eſt in caput anguli.

A domino factum eſt iſtud: et eſt mirabile in oculis noſtris.

Hec eſt dies quā fecit dominus: exultemus et letemur in ea.

O domine ſaluū me fac. o domine bene proſperare: benedictus qui venturus es in nomine domini.

Benediximꝰ vobis de domo domini: deus dn̄s et illuxit nobis.

Conſtituite diem ſolēnem in condenſis: vſq; ad cornu altaris.

Deus meus es tu et cōfitebor tibi: deus meus es tu et exaltabo te.

Cōfitebor tibi q̄m exaudiſti me: et factus es mihi in ſalutem.

Confitemini dn̄o q̄m bonus: q̄m in ſeculum miſericordia eius.

¶ Dn̄ica ad primam. ps. cxviij.

Beati immaculati in via: qui ambulāt in lege domini.

Beati qui ſcrutantur teſtimōia eius: in toto corde exquirunt eum.

Non enim qui operantur iniquitatem: in vijs eius ambulauerunt.

Tu mandaſti: mādata tua cuſtodiri nimis.

Utinam dirigātur vie mee: ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas.

Tunc nō cōfundar: cū perſpexero in omnibus mandatis tuis.

Confitebor tibi in directione cordis: in eo q̄ didici iudicia iuſticie tue.



Iuſtificationes tuas cuſtodiam: non me derelinquas vſq; quaq;.

In quo corrigit adoleſcentior viam ſuam: in cuſtodiēdo ſermones tuos.

In toto corde meo exq̄ſiui te: ne repellas me a mandatis tuis.

In corde meo abſcondi eloquia tua: vt non peccem tibi.

Benedictus es domine: doce me iuſtificationes tuas.

In labijs meis: pronūciaui omnia iudicia oris tui.

In via teſtimoniorum tuorum delectatus ſum: ſicut in oībus diuitijs.

In mādatis tuis exercebor: et cōſiderabo vias tuas.

In iuſtificatiōibus tuis meditabor: nō obliuiſcar ſermones tuos.

Retribue ſeruo tuo: viuifica me et cuſtodiam ſermones tuos.

in pascha

Reuela oculos meos: et conſiderabo mirabilia de lege tua.



Incola ego ſum in terra: non abſcondas a me mandata tua.

Concupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas: in oī tpe.

Increpaſti ſuperbos: maledicti qui declinant a mandatis tuis.

Aufer a me opprobriū et cōtēptū: quia teſtimonia tua exquiſiui.

Etenim ſederūt principes et aduerſum me loquebātur: ſeruus aūt tuus exercebatur in iuſtificationibus tuis.

Nam et teſtimonia tua meditatio mea eſt: et cōſilium meum iuſtificationes tue.

Adheſit pauimēto aīa mea: viuifica me ſcdm̄ v̄bū tuū.

Vias meas enũciaui ⁊ exaudiſti
me: doce me iuſtificationes tuas.
Viam iuſtificationũ tuaꝝ inſtrue
me: ⁊ exercebor in mirabilibꝰ tuis.
Dormitauit aĩa mea pre tedio:
confirma me in verbis tuis.
Viam iniquitatis amoue a me: et
lege tua miſerere mei.
Viã veritatis elegi: iudicia tua
non ſum oblitus.
Adheſi teſtimonijs tuis domine:
noli me confundere.
Viam mandatoꝝ tuorũ cucurri:
cũ dilataſti cor meum. Añ. Allã. iiij.
¶ Tẽpore paſchali vſqȝ ad pẽthe.
incluſiue. añ. Alla. vij. Capitulum.
Regi autem ſeculorũ immor
tali, inuiſibili ſoli deo honor
et gloria: in ſecula ſeculoruȝ amen.
Deo grãs. ℟. Exurge dñe adiuua
nos. Et libera nos ꝓpter nomen tuũ.
Kyri el. Chriſte el. Kyri el. Pater
noſter. Et ne nos. Collecta.
Domine deus qui ad prin
cipiũ huius diei nos perue
nire feciſti: tua nos ſalua virtute:
vt in hac die ad nullũ declinemus
pctm̃: ſed ſemper ad tuã iuſticiam
faciendam noſtra procedant elo
quia: dirigant cogitatiões ⁊ opa:
Per. Dñicis diebus ſymbolum
athanaſij. Quicunqȝ vult. ℣. Be
nedicat nos. Colla. Oṗs ſempiter
ne deus qui dediſti famu. vt infra
poſt dictuȝ ſymbolum. ¶ Nota ꝙ
predictũ capitulũ Regi autẽ. dicit
ad primaȝ diebus dũtaxat dñicis
et feſtis. xij. lec. Et per totas octa.
natalis dñi paſche ⁊ pẽthe. Cete
ris aũt diebꝰ dr̃ ſeqñs cap.
Domine miſerere nr̃i te eniȝ
expectauimus: eſto brachium no
ſtrũ in mane: ⁊ ſalus noſtra in tẽpo
re tribulationis. ℣. Exurge. Colla
Dñe deus. vtſ. ℣. Precioſa in con
ſpectu domini: Mors ſanctoꝝ eius:
Sancta maria ⁊ oĩes ſancti
intercedãt ꝓ nobis: vt me
reamur adiuuari ab eo qui viuit et
regnat per oĩa ſecula ſcloꝝ. Amen.
Deinde ter dr Deus in adiutoriũ
meũ intende: Dñe ad adiuuandũ
me feſtina: Poſtea Gloria patri:
Sicut erat: Kyri eleyſõ. Chriſte
eleyſon. Kyri eleyſõ. Pr̃ nr̃. Et ne
nos. ℣. Reſpice dñe in ſeruos tuos ⁊
in opera tua et dirige filios eorũ: Et
ſit ſplendor dñi dei noſtri ſuper nos.
et opera manuum noſtrarum dirige
ſuper nos: et opus manuum noſtra
rum dirige: Collecta.
Dirigere et ſanctificare di
gnare dñe ſancte pater om
nipotẽs eterne deꝰ hodie corda et
corpora noſtra in lege tua ⁊ in ope
ribus mandatoꝝ tuoꝝ: vt hic et in
eternum te auxiliante ſemper ſalui
eſſe mereamur. Per dominum. ℣.
Adiutoriũ noſtrum in noĩe dñi: Qui
fecit: Domne iube benedicere. Diui
num auxiliũ: maneat ſemꝑ nobiſcũ:
Amen. Cõmemoratio omniũ fratruȝ
familiariũ ⁊ bñfactoꝝ defunctoꝝ ordi
nis nr̃i. Requieſcant in pace: Amen.
¶ Diebus dñicis. Ad tertiam.
Legẽ pone mihi do
mine viam iuſtifica
tionum tuaꝝ: ⁊ ex
quiram eã ſemper.
Da mihi intelle
ctuȝ ⁊ ſcrutabor le
gem tuam: ⁊ cuſtodiam illã in toto

corde meo.
D educ me in ſemita mãdatorum tuorum: quia ipſam volui.
Inclina cor meum in teſtimonia tua: et non in auariciam.
Auerte oculos meos ne videant vanitatem: in via tua viuifica me.
Statue ſeruo tuo eloquium tuū: in timore tuo.
Amputa opprobrium meū quod ſuſpicatus ſum: quia iudicia tua iocunda.
Ecce concupiui mandata tua: in equitate tua viuifica me.
ET veniat ſup me miſericordia tua dñe: ſalutare tuū ſecundum eloquium tuum.
Et reſpondebo exprobrantibus mihi verbū: quia ſperaui in ſermonibus tuis.
Et ne auferas de ore meo verbū veritatis vſqȝquaqȝ: qa in iudicijs tuis ſuperſperaui.
Et cuſtodiam legem tuā ſemper: in ſeculum et in ſeculum ſeculi.
Et ambulabā in latitudine: quia mandata tua exquiſiui.
Et loquebar in teſtimonijs tuis in cōſpectu regū: et nō ɔfundebar.
Et meditabar in mandatis tuis: que dilexi.
Et leuaui manus meas ad mandata tua que dilexi: et exercebor in iuſtificationibus tuis.
MEmor eſto verbi tui ſeruo tuo: in quo mihi ſpem dediſti.
Hec me cōſolata eſt in humilitate mea: qa eloquiū tuū viuificauit me
Superbi inique agebāt vſqȝquaqȝ: a lege autē tua non declinaui.
Memor fui iudicioꝝ tuoꝝ a ſeculo domine: et conſolatus ſum.
Defectio tenuit me: pro peccatoribus derelinquētibus legē tuam.
Cantabiles mihi erant iuſtificationes tue: in loco peregrinatiōis mee.
Memor fui nocte nominis tui domine: et cuſtodiui legem tuam.
Hec facta eſt mihi: quia iuſtificationes tuas exquiſiui. Añ. Alla. iiij.
DEus charitas eſt: Cap. ⁊ qui manet in charitate in deo manet et deus in eo. ℣. Ego dixi dñe miſerere mei. Sana aīaȝ meam quia peccaui tibi. Colla de dominica currente. Tēpore paſchali vſqȝ ad pētheco. incluſiue. añ. Alla. vij.
Dñicis diebus. Ad ſextam.
POrtio mea dñe: dixi cuſtodire legem tuam.
Deprecatus ſum faciem tuam in toto corde meo: miſerere mei ſecūdum eloquium tuum.
Cogitaui vias meas: et conuerti pedes meos in teſtimonia tua.
Paratus ſum ⁊ nō ſum turbatus: vt cuſtodiam mandata tua.
Funes pctōꝝ circūplexi ſunt me: et legem tuam non ſum oblitus.
Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi: ſuper iudicia iuſtificationis tue.
Particeps ego ſum omnium timentium te: et cuſtodientium mandata tua.
Miſericordia tua domine plena eſt terra: iuſtificationes tuas doce me.

Tempore paſc[...]
Alleluia
Alleluia

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK gefördert durch Baden-Württemberg

Bonitatem feciſti cum ſeruo tuo dñe: ſcdm verbũ tuum.

Bonitatẽ ⁊ diſciplinã et ſciẽtiam doce me: qa mãdatis tuis credidi.

Priuſq̃ humiliarer ego deliqui: ꝓpterea eloquiũ tuũ cuſtodiui.

Bonꝰ es tu: et in bonitate tua doce me iuſtificationes tuas.

Multiplicata eſt ſuper me iniquitas ſuperboꝝ: ego aũt in toto corde ſcrutabor mandata tua.

Coagulatũ eſt ſicut lac cor eorũ: ego vero legẽ tuã meditatus ſum.

Bonuz mihi qa humiliaſti me: vt diſcam iuſtificationes tuas.

Bonũ mihi lex oris tui: ſuper milia auri et argenti.

Manꝰ tue fecerũt me et plaſmauerũt me: da mihi intellectum vt diſcam mandata tua.

Qui timent te videbũt me ⁊ letabũtur: qa in verbo tuo ſupſperaui.

Cognoui dñe qa equitas iudicia tua: et ĩ veritate tua humiliaſti me.

Fiat mia tua vt cõſoletur me: ſecundum eloquiũ tuũ ſeruo tuo.

Veniãt mihi miſerationes tue et viuã: qa lex tua meditatio mea eſt.

Confundantur ſuperbi qa iniuſte iniq̃tatem fecerũt in me: ego autez exercebor in mandatis tuis.

Conuertãtur mihi timentes te: ⁊ qui nouerunt teſtimonia tua.

Fiat cor meum immaculatum in iuſtificationibus tuis: vt non confundar. An. Alleluya. iij. Capitulũ.

Alter alterius onera portate: et ſic adiplebitis legem chriſti. ℟. Dominus regit me et nihil mihi deerit. In loco paſcue ibi me collocauit. Collecta.

Deus qui conſpicis oĩ nos virtute deſtitui: interiꝰ exteriuſq̃ cuſtodi: vt et ab oĩbus aduerſitatibus muniamur in corpore: et a prauis cogitatiõibus mũdemur in mente: Per. que dicitur a trinitate vſq̃ ad aduentum: ⁊ ſequens dr ab octa. epyphanie vſq̃ ad quadrageſimam. Collecta.

Gratie tue queſumꝰ dñe ſupplicibus tuis tribue largitatẽ: vt mãdata tua te operante ſectãtes: cõſolationem preſentis vite percipiant et future: Per.

Tempore paſchali. an. Alleluya. v.

Dominicis diebꝰ. Ad nonam.

Defecit in ſalutare tuũ aĩa mea: ⁊ in verbũ tuũ ſupſperaui.

Defecerunt oculi mei in eloquiũ tuũ: dicentes qñ conſolaberis me.

Qr factꝰ ſum ſicut vter in pruina: iuſtificatiões tuas nõ ſum oblitꝰ.

Quot ſunt dies ſerui tui: quando facies de pſequẽtibus me iudiciũ.

Narrauerunt mihi iniqui fabulationes: ſed non vt lex tua.

Omnia mandata tua veritas: iniqui perſecuti ſunt me adiuua me.

Paulominus cõſummauerũt me in terra: ego autem non dereliqui mandata tua.

Scdm miam tuam viuifica me: et cuſtodiam teſtimonia oris tui.

In eternum dñe: verbũ tuuz permanet in celo.

In generatione et generationem veritas tua: fundaſti terram ⁊ permanet.

Ordinatione tua perſeuerat dies: qm̄ omnia ſeruiunt tibi.
Niſi ꝙ lex tua meditatio mea eſt: tunc forte periiſſem in humilitate mea.
In eternū nō obliuiſcar iuſtificationes tuas: quia in ipſis viuificaſti me.
Tuus ſum ego ſaluū me fac: qm̄ iuſtificationes tuas exquiſiui.
Me expectauerūt peccatores vt perderent me: teſtimonia tua intellexi.
Omnis ꝯſummatiōis vidi finem: latum mandatum tuum nimis.
Quomodo dilexi legē tuam domine: tota die meditatio mea eſt.
Super inimicos meos prudētem me feciſti mādato tuo: quia in eternum mihi eſt.
Super omnes docētes me intellexi: quia teſtimōia tua meditatio mea eſt.
Super ſenes intellexi: quia mandata tua queſiui.
Ab omni via mala ꝓhibui pedes meos: vt cuſtodiam verba tua.
A iudicijs tuis nō declinaui: q̄a tu legem poſuiſti mihi.
Quam dulcia faucibus meis eloquia tua: ſuper mel ori meo.
A mandatis tuis intellexi: propterea odiui omnem viam iniquitatis. an̄. Alleluya.iiij. Capl̄m.
Empti enim eſtis precio magno: glorificate et portate deum in corpore veſtro. ℣. Ab occultis meis mūda me dn̄e. Et ab alienis parce ſeruo tuo. Collecta.
Dies noſtros q̄s dn̄e placatus intēde: pariterq; nos ⁊ a pctīs abſolue ꝓpicius: et a cunctis eripe benignus aduerſis. Per. Que dicitur a trinitate vſq; ad aduētū. Et ſequēs dicitur ab octauis epyphanie vſq; ad.xl. Collecta.
Fideles tuos q̄s dn̄e corpore pariter ⁊ mente purifica: vt tua inſpiratione cōpuncti noxias delectationes vitare preualeant. Per. ¶ Tēpore paſchali. Ad nonam an̄. Alleluya.viij.

¶ Feria ſecunda. Ad tertiam.

Lucerna pedibꝰ meis verbū tuum: ⁊ lumen ſemitis meis.
Iuraui ⁊ ſtatui: cuſtodire iudicia iuſticie tue.
Humiliatus ſum vſq; quaq; dn̄e: viuifica me ſcd̄m verbum tuum.
Voluntaria oris mei beneplacita fac dn̄e: ⁊ iudicia tua doce me.
Anima mea in manibꝰ meis ſemper: et legem tuā non ſum oblitus.
Poſuerūt pctōres laqueū mihi: et de mandatis tuis non erraui.
Hereditate acquiſiui teſtimonia tua in eternum: quia exultatio cordis mei ſunt.
Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in eternum: propter retributionem.
Iniquos odio habui: et legē tuam dilexi.
Adiutor et ſuſceptor meus es tu: et in verbum tuū ſuperſperaui.
Declinate a me maligni: et ſcrutabor mandata dei mei.
Suſcipe me ſecundum eloquium tuum et viuam: et non confundas

me ab expectatione mea.
Adiuua me ⁊ ſaluus ero:et medi
tabor in iuſtificatiõib⁹ tuis ſemꝑ.
Spreuiſti oẽs diſcedẽtes a iuſti=
cijs tuis:q̃a iniuſta cogitatio eoꝝ.
Preuaricantes reputaui omnes
peccatores terre:ideo dilexi teſti=
monia tua.
Cõfige timore tuo carnes meas:
a iudicijs enim tuis timui.
Feci iudicium et iuſticiam:
nõ tradas me calumnianti=
bus me.
Suſcipe ſeruum tuũ in bonũ:non
calumnientur me ſuperbi.
Oculi mei defecerunt in ſalutare
tuum:et in eloquium iuſticie tue.
Fac cũ ſeruo tuo ſcd̃m miam tuã:
et iuſtificationes tuas doce me.
Seruus tuus ſuz ego:da mihi in=
tellectũ vt ſciam teſtimonia tua.
Tempus faciendi domine:diſſi=
pauerunt legem tuam.
Ideo dilexi mãdata tua:ſuper au
rum ⁊ topazion.
Propterea ad oĩa mãdata tua di
rigebar: oẽm viam iniquã odio ha
bui. ãn. Adiuua me ⁊ ſaluus ero dñe.
Cp̃. Sana me do. ℣. Adiutor me⁹.
Colľa. Vox clamantis. Alia col=
lecta. De⁹ innocẽtie. Omnia hec
quere poſt:in feř.iij. ¶ Tempore
paſchali. ãn. Alleluya.vij.

¶ Feria ſecunda. Ad ſextam.

Mirabilia teſtimõia
tua: ideo ſcrutata
eſt ea anima mea.
Declaratio ſermo
num tuorũ illumi=
nat; et intellectum
dat paruulis.
Os meum aperui et attraxi ſpiri=
tum:q̃a mãdata tua deſiderabam.
Aſpice in me et miſerere mei: ſe=
cundum iudicium diligentium no
men tuum.
Greſſus meos dirige ſecundum
eloquium tuum: ⁊ non dominetur
mei omnis iniuſticia.
Redime me a calumnijs hominũ:
vt cuſtodiam mandata tua.
Faciem tuam illumina ſuper ſer=
uum tuum:⁊ doce me iuſtificatio=
nes tuas.
Exitus aquarũ deduxerũt ocu=
li mei: quia non cuſtodierũt legem
tuam.
Iuſtus es domine:et rectuz
iudicium tuum.
Mãdaſti iuſticiã teſtimonia tua:
et veritatem tuam nimis.
Tabeſcere me fecit zelus meus:
quia obliti ſunt verba tua inimici
mei.
Ignitum eloquiũ tuum vehemen
ter:et ſeruus tuus dilexit illud.
Adoleſcentulus ſum ego et con=
temptus:iuſtificationes tuas non
ſum oblitus.
Iuſticia tua iuſticia in eternum:⁊
lex tua veritas.
Tribulatio et anguſtia inuene=
rũt me: mãdata tua meditatio mea
eſt.
Equitas teſtimõia tua in eternũ:
intellectum da mihi et viuam.
Clamaui in toto corde ex=
audi me domine: iuſtifica=
tiones tuas requiram.
Clamaui ad te ſaluum me fac: vt
cuſtodiam mandata tua.
Preueni in maturitate et clama=

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK gefördert durch Baden-Württemberg

ui: quia in verba tua ſuperſperaui.

Preuenerunt oculi mei ad te diluculo: vt meditarer eloquia tua.

Vocem meam audi ſecũdum miſericordiam tuam domine: ⁊ ſecundum iudicium tuum viuifica me.

Appropinquauerunt perſequentes me iniquitati: a lege autem tua longe facti ſunt.

Prope es tu domine: ⁊ omẽs vie tue veritas.

Initio cognoui de teſtimonijs tuis: quia in eternum fundaſti ea. Añ. Aſpice in me domine ⁊ miſerere mei. Cap. Alter alterius. ℣. Dominus regit vr̃s in dñica. Collecta. Propiciare domine. Alia coll'a. Preſta queſum⁹. Quere poſt: in fe. iij.

¶ Tempore paſchali. Añ. All'a v.

¶ Feria ſecunda. Ad nonam.

Vide humilitatem meam et eripe me: quia legem tuã nõ ſum oblitus.

Iudica iudicium meũ et redime me: propter eloquiũ tuum viuifica me.

Longe a peccatorib⁹ ſalus: quia iuſtificationes tuas non exquiſierunt.

Miſericordie tue multe dñe: ſcd̃m iudicium tuum viuifica me.

Multi qui perſequuntur me ⁊ tribulant me: a teſtimonijs tuis non declinaui.

Vidi preuaricantes et tabeſcebam: quia eloquia tua non cuſtodierunt.

Vide quoniam mandata tua dilexi domine: in miſericordia tua viuifica me.



Principium verborum tuoꝝ veritas: in eternum omnia iudicia iuſticie tue.

PRincipes perſecuti ſũt me gratis: ⁊ a verbis tuis formidauit cor meum.

Letabor ego ſuper eloquia tua: ſicut qui inuenit ſpolia multa.

Iniquitatem odio habui et abominatus ſum: legem autem tuam dilexi.

Septies in die laudem dixi tibi: ſuper iudicia iuſticie tue.

Pax multa diligẽtibus legẽ tuã: et non eſt illis ſcandalum.

Expectabam ſalutare tuum domine: et mandata tua dilexi.

Cuſtodiuit anima mea teſtimonia tua: et dilexit ea vehementer.

Seruaui mandata tua ⁊ teſtimonia tua: quia omnes vie mee in cõſpectu tuo.

APpropinquet deprecatio mea in conſpectu tuo domine: iuxta eloquiũ tuum da mihi intellectum.

Intret poſtulatio mea in ꝯſpectu tuo: ſcd̃m eloquiũ tuũ eripe me.

Eructabũt labia mea hymnũ: cũ docueris me iuſtificationes tuas.

Pronũciabit lingua mea eloquiũ tuum: q̃a oĩa mãdata tua equitas.

Fiat manus tua vt ſaluet me: q̃m mandata tua elegi.

Concupiui ſalutare tuũ domine: et lex tua meditatio mea eſt.

Viuet aĩa mea ⁊ laudabit te: ⁊ iudicia tua adiuuabunt me.

Erraui ſicut ouis que perijt: quere ſeruum tuum quia mandata tua non ſum oblitus.

ãn. Vide humilitatem meã domine et eripe me. Cpm. Empti eni eſtis. ℣. Ab occultis. vt s. in dñica. Colla Fac nos. Alia colla. Queſumus omnipotens. vt infra in feria.iij.

¶ Tẽpore paſchali. ãn Alla. viij.

¶ Feria.iij. Ad tertiam. ps.cxix.

Ad dñm cũ tribularer clamaui: ⁊ exaudiuit me.

Dñe libera animã meã a labijs iniqs: et a lingua doloſa.

Quid detur tibi aut quid apponatur tibi: ad linguam doloſam.

Sagitte potentis acute: cum carbonibus deſolatorijs.

Heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt. habitaui cum habitantibus cedar: multum incola fuit anima mea.

Cum his qui oderunt pacẽ eram pacificus: cum loquebar illis impugnabant me gratis. ps.cxx.

Leuaui oclos meos in mõtes: vnde veniet auxilium mihi.

Auxilium meum a domino: qui fecit celum ⁊ terram.

Non det in cõmotionẽ pedẽ tuũ: neqꝫ dormitet qui cuſtodit te.

Ecce non dormitabit neqꝫ dormiet: qui cuſtodit iſrael.

Dñs cuſtodit te: dñs ꝓtectio tua ſuper manum dexteram tuam.

Per diem ſol non vret te: neqꝫ luna per noctem.

Dñs cuſtodit te ab omĩ malo: cuſtodiat animam tuam dominus.

Dominus cuſtodiat introitũ tuum et exitum tuum: ex hoc nunc et vſqꝫ in ſeculum. Pſalmus.cxxj.

Letatus ſum in his que dicta ſunt mihi: in domũ domini ibimus.

Stantes erant pedes noſtris: in atrijs tuis hieruſalem.

Hierlꝫ que edificatur vt ciuitas: cuius participatio eius in idipm.

Illuc enim aſcenderũt tribus tribus dñi teſtimoniũ iſrael: ad confitendum nomini domini.

Quia illic ſederunt ſedes in iudicio: ſedes ſuper domum dauid.

Rogate que ad pacẽ ſunt hierlm: et abundantia diligentibus te.

Fiat pax in virtute tua: et abundantia in turribus tuis.

Propter fratres meos ⁊ ꝓximos meos: loquebar pacem de te.

Propter domum dñi dei noſtri: queſiui bona tibi. ¶ Feria.iij. ãn Clamaui ⁊ exaudiuit me. ¶ Fer.iiij. ãn. Dñe libera aiam meã. ¶ Fer.v. ãn. Auxiliũ meũ a dño. ¶ Feria.vj. ãn. Dominus cuſtodiat introitũ tuuꝫ et exitum tuum. ¶ Sabbato ãn In domum dñi letãtes ibimus. Cap[itulu]m.

Sana me dñe et ſanabor: ſaluum me fac et ſalu⁹ ero: qm laus mea tu es. ℣⁹. Adiutor meus eſto dñe. Ne derelinquas me neqꝫ deſpicias me de⁹ ſalutaris me⁹. Colla.

Vox clamantis eccleſie ad aures dñe q̃s tue pietatis aſcendat: vt percepta venia petõꝝ te fiat operãte deuota: te ꝓtegẽte ſecura: Per. Que dicit a trinitate vſqꝫ ad aduentũ. Et ſeqñs dr ab octa. epipha. vſqꝫ ad fer.iiij. cinerũ.

Deus innocentie Colla. reſtitutor ⁊ amator: dirige

ad te tuoꝝ corda ſeruorum: vt ſpiritus tui feruore concepto/ ⁊ in fide inueniantur ſtabiles: et in opere efficaces. Per. eiuſdē. ¶ Tempore paſchali. ān. Alleluya. vij.

¶ Feria. iij. Ad ſextam. ps. cxxij.

Ad te leuaui oculos meos: qui habitas in celis.

Ecce ſicut oculi ſeruorum: in manibus dominoꝝ ſuorum.

Sicut oculi ancille in manib9 domine ſue: ita oculi nrī ad dn̄m deū noſtrū/ donec miſereatur noſtri.

Miſerere noſtri domine miſerere noſtri: quia multum repleti ſumus deſpectione.

Quia multū repleta eſt anima noſtra: opprobrium abundantibus ⁊ deſpectio ſuperbis. ps. cxxiij.

Niſi quia dominꝰ erat in nobis dicat nūc iſrael: niſi q̄a dominus erat in nobis.

Cum exurgerēt homines in nos: forte viuos deglutiſſent nos.

Cum iraſceret furor eoꝝ in nos: forſitan aqua abſorbuiſſet nos.

Torrētem pertrāſiuit aīa noſtra: forſitan pertrāſiſſet anima noſtra/ aquam intolerabilem.

Benedictus dominus qui nō dedit nos: in captionē dētibus eoꝝ.

Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium: laqueus cōtritus eſt. et nos liberati ſumus.

Adiutorium noſtrum in nomine domini: qui fecit celum et terram.

Qui confidunt ps. cxxiiij. in dn̄o ſicut mōs ſyon: non commouebitur in eternum qui habitat in hieruſalem.

Montes in circuitu eius: et dominꝰ in circuitu populi ſui: ex hoc nunc et vſq; in ſeculum.

Quia non relinquet virgam peccatorum ſuper ſortem iuſtorum: vt non extēdant iuſti ad iniquitatem manus ſuas.

Benfac dn̄e: bonis ⁊ rectis corde.

Declinantes autem in obligationes adducet dominus cū operantibus iniquitatē: pax ſuper iſrael.

¶ Feria. iij. An. Qui habitas in celis miſerere nobis. ¶ Feria quarta. ān. Miſerere noſtri domine miſerere noſtri. ¶ Feria quinta ān. Adiutorium noſtrum in nomine domini. ¶ Feria ſexta ān. Non commouebitur in eternum qui habitat in hierl'm. ¶ Sabbato ān. Bn̄fac domine bonis et rectis corde. Capitulum.

Alter alterius onera portate: et ſic adimplebitis legē chriſti. ℣. Dominus regit me ⁊ nihil mihi deerit. In loco paſcue ibi me collocauit. Collecta.

Propiciare domine ſupplicationibus noſtris: et animarum noſtrarum medere languoribus: vt remiſſione pcepta/ de tua ſemper bn̄dictione letemur. Per.

Que dicit a trinitate vſq; ad aduentum. Et ſequens dicit ab octauis epyphanie vſq; ad feriā quartam cinerum. Collecta.

Preſta queſumus omnipotens deus: vt inter innumeros vite preſentis errores/ tuo ſemper moderamie dirigamur. Per.

¶ Tpe paſchali. Ad vj. ā. Alla. v.

¶ Feria. iij. Ad nonam. ps. cxxv.

IN conuertēdo do=
minus captiuitatē
ſyō:facti ſumꝰ ſicut
conſolati.
Tūc repletum eſt
gaudio os noſtruz:
et lingua noſtra exultatione.
Tunc dicent inter gētes:magni
ficauit dominus facere cum eis.
Magnificauit dominꝰ facere no=
biſcum:facti ſumus letantes.
Cōuertere domine captiuitatem
noſtram:ſicut torrens in auſtro.
Qui ſemināt in lachrymis:in ex=
ultatione metent.
Euntes ibant ⁊ flebant: mitten=
tes ſemina ſua.
Venīētes aūt venient cū exulta=
tione:portantes manipulos ſuos.
Niſi dn̄s edifi= ps.cxxvj.
cauerit domum : in vanū la
borauerunt qui edificant eam.
Niſi dn̄s cuſtodierit ciuitatē;fru
ſtra vigilat qui cuſtodit eam.
Vanum eſt vobis ante lucem ſur
gere:ſurgite poſtq̄ ſederitis q̇ mā=
ducatis panem doloris.
Cum dederit dilectis ſuis ſom=
num: ecce hereditas domini: filij
merces fructus ventris.
Sicut ſagitte in manu potentis:
ita filij excuſſorum.
Btūs vir qui impleuit deſideriuz
ſuū ex ipſis:nō cōfundet cū loquet
inimicis ſuis in porta. ps.cxxvij.
BEati oīs qui timent dn̄m:
qui ambulant in vijs eius.
Labores manuum tuarum quia
manducabis: beatus es ⁊ bene ti=
bi erit.
Vxor tua ſicut vitis abundans:
in lateribus domus tue.
Filij tui ſicut nouella oliuarum:
in circuitu menſe tue.
Ecce ſic benedicetur homo: qui
timet dominum.
Benedicat tibi dominus ex ſyō:
et videas bona hieruſalem oībus
diebus vite tue.
Et videas filios filiorū tuorum:
pacem ſuper iſrael. ¶ Fer.iij.ān.
Facti ſumꝰ ſicut ꝯſolati. ¶ Fer.iiij.
ān. Cōuerte dn̄e captiuitatē noſtram
ſicut torrens in auſtro. ¶ Fer.v.ān.
Beatus vir qui impleuit deſiderium
ſuum. ¶ Feria.vj.ān. Beati omnes
qui timēt dominū. ¶ Sabbato ān.
Benedicat tibi dominus ex ſyon ⁊ vi
deas bona hieruſalem. Capitulum.
EMpti eni eſtis precio mag
no: glorificate ⁊ portate de=
um in corpore veſtro. ℣. Ab occul=
tis meis munda me dn̄e. Et ab alie=
nis parce ſeruo tuo. Collecta.
HAc nos q̄ſumus dn̄e deus
noſter in tua deuotione gau
dere: quia perpetua eſt ⁊ plena feli
citas. ſi tibi bonoꝝ oīm ſeruiamus
auctori: Per dn̄m. Que ōra trini
tate vſq̄ ad aduētum. Et ſequens
dicitur ab octauis epyphanie vſq̄
ad feriam.iiij.cinerum. Collecta.
QVeſumus oīpotens deus.
ne nos tua gratia derelin=
quat: que et errores nr̄os ſemꝑ a=
moueat: ⁊ noxia cuncta depellat:
Per. ¶ Tempore paſchali. ān.
Alleluya. viij.ps.cxxviij.q̄ eſt quar
tus ps vesperarum ferie ſecunde.
SEpe expugnauerunt me a
iuuentute mea: dicat nunc
iſrael.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg

Sepe expugnauerunt me a iuuen
tute mea : etenim non potuerunt
mihi.
Supra dorſum meum fabricaue=
runt peccatores: prolongauerunt
iniquitatem ſuam.
Dominus iuſtus concidet ceruí
ces pctōꝝ:cōfundant̃ ꝛ ꝯuertãtur
retrorſum omnes qui oderūt ſyon.
Fiant ſicut fenum tectorū; quod
priuſq̄ euellatur exaruit.
De quo non impleuit manū ſuam
qui metet: et ſinum ſuum qui mani
pulos colliget.
Et non dixerunt qui preteribant
benedictio domini ſuper vos : be=
nediximus vobis in nomine do=
mini. ān. Benediximus vobis in no
mine domini. viij.

¶ Feria. ij. Ad veſperas. Capm.

Benedict⁹ deus ꝛ pater do=
mini nr̄i ieſu xp̄i: pater mi=
ſericordiaꝝ ꝛ deus totius cōſola=
tionis: qui cōſolatur nos in omni
tribulatione noſtra. ℟. Adiutoriū
noſtrū In noīe dn̄i. ℣. Qui fecit celū
ꝛ terrā. In noīe. Hy⁹. De⁹ creator.
℣⁹. Dirigatur dn̄e oratio mea. Sicut
incēſum in ꝯſpectu tuo. Ad mag. ān.
Exultet ſp̄us me⁹ in dn̄o deo ſalutari
meo. Colla de dominica currente.

¶ Feria. iij. ad veſpas. ps. cxxix.

De ꝓfundis clama=
ui ad te domine: do
mine exaudi vocez
meam.
Fiãt aures tue in
tendētes: in vocem
deprecationis mee.
Si iniquitates obſeruaueris do=
mine: domine quis ſuſtinebit.
Quia apd te ꝓpiciatio eſt: ꝛ ꝓpter
legem tuam ſuſtinui te domine.
Suſtinuit aīa mea in verbo eius:
ſperauit anima mea in dn̄o.
A cuſtodia matutina vſq̄ ad no=
ctem: ſperet iſrael in domino.
Quia apud dominum mīa: et co=
pioſa apud eum redemptio.
Et ipſe redimet iſrael: ex om̄ibus
iniquitatibus eius. ān. De ꝓfundis
clamaui ad te dn̄e. viij. ps. cxxx.

Domine non eſt exaltatum
cor meum: neq̄ elati ſunt
oculi mei.
Neq̄ ambulaui in magnis: neq̄
in mirabilibus ſuper me.
Si non humiliter ſentiebam: ſed
exaltaui animam meam.
Sicut ablactatus ſuper matrem
ſuã: ita retributio in aīam meam.
Speret iſrael in dn̄o: ex hoc nunc
et vſq̄ in ſeculum. ān. Speret iſrael
in domino. j. ps. cxxxj.

Memento domine dauid: et
omnis mãſuetudinis eius.
Sicut iurauit domino: votum vo
uit deo iacob.
Si introiero in tabernaculum do
mus mee: ſi aſcendero in lectū ſtra
ti mei.
Si dedero ſomnum oculis me=
is: et palpebris meis dormitatio=
nem.
Et requiem tēporibus meis do=
nec inueniam locū domino: taber=
naculum deo iacob.
Ecce audiuimus eum in effrata:
inuenimus eum in campis ſilue.
Introibim⁹ in tabernaculū eius:
adorabimus in loco vbi ſteterunt
pedes eius.

Surge domine in requiem tuam: tu et archa ſanctificationis tue.

Sacerdotes tui induantur iuſticiam: et ſancti tui exultent.

Propter dauid ſeruuꝫ tuum: non auertas faciem chriſti tui.

Iurauit dn̄s dauid veritatē et nō fruſtrabitur eum: de fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam.

Si cuſtodierint filij tui teſtamentum meum: et teſtimonia mea hec que docebo eos.

Et filij eorum vſq̄ in ſeculuꝫ: ſedebunt ſuper ſedem tuam.

Qm̄ elegit dn̄s ſyon: elegit eaꝫ in habitationem ſibi.

Hec requies mea in ſeculū ſeculi: hic habitabo qm̄ elegi eam.

Uiduam eius bn̄dicens bn̄dicā: pauperes eius ſaturabo panibus.

Sacerdotes eius induam ſalutari: et ſcti eius exultatiōe exultabūt.

Illuc ꝑducam cornu dauid: paraui lucernam chriſto meo.

Inimicos eius induā cōfuſione: ſuper ipm̄ autem efflorebit ſanctificatio mea. an. Et omnis manſuetudinis eius. j. Pſalmus.cxxxij.

Ecce q̄ꝫ bonum et q̄ꝫ iocūdū: habitare fratres in vnum.

Sicut vnguētum in capite: quod deſcendit in barbā barbā aaron.

Quod deſcēdit in oram veſtimēti eius: ſicut ros hermon qui deſcendit in montem ſyon.

Qm̄ illic mādauit dn̄s bn̄dictionem et vitā: vſq̄ in ſclm̄. An. Habitare frēs in vnū. j. Cp. Bn̄dict9 de9. R. Adiutoriū nrm̄. Hy9. De9 crea. V. Dirigatur. Ad magn̄. an. Reſpexiſti humilitatē meā dn̄e deus meus.



ps.cxxxiij. q̄ quotidie d̄r ad ꝯple.

Ecce nunc benedicite dn̄m: omnes ſerui domini.

Qui ſtatis in domo dn̄i: in atrijs domus dei noſtri.

In noctibus extollite manus veſtras in ſancta: ꝛ benedicite dn̄m.

Benedicat te dominus ex ſyon: qui fecit celum ꝛ terram.

Fer.iiij.ad veſpas.ps.cxxxiiij.

Laudate nomē dn̄i: laudate ſerui dn̄m.

Qui ſtatis in domo dn̄i: in atrijs domus dei noſtri.

Laudate dominū quia bonus dominus: pſallite nomini eius quoniam ſuaue.

Quoniam iacob elegit ſibi dominus: iſrael in poſſeſſionem ſibi.

Quia ego cognoui q̄ magnus eſt dn̄s: ꝛ deus noſter pre oībus dijs.

Oīa q̄cūq̄ voluit dn̄s fecit in celo et in terra: in mari ꝛ in oīb9 abyſſis.

Educens nubes ab extremo terre: fulgura in pluuiam fecit.

Qui producit ventos de theſauris ſuis: qui percuſſit primogenita egypti, ab hoīe vſq̄ ad pecus.

Emiſit ſigna et ꝑdigia in medio tui egypte: in pharaonem et in omnes ſeruos eius.

Qui percuſſit gentes multas: et occidit reges fortes.

Seon regē amorreoꝝ: et og regē baſan: ꝛ oīa regna chanaan.

Et dedit terrā eoꝝ hereditatem: hereditatem iſrael populo ſuo.

Domine nomen tuum in eternū: domine memoriale tuū in generatione ꝛ generationem.

Quia iudicabit dñs pplm ſuum:et in ſeruis ſuis deprecabitur.
Simulachra gentium argētum et aurum: opera manuum hominum.
Os habent et non loquentur:oculos habent et non videbunt.
Aures habēt et non audient:neque enim eſt ſpiritus in ore ipſorum.
Similes illis fiāt qui faciūt ea:et omnes qui confidunt in eis.
Domus iſrael bñdicite domino: domus aaron benedicite dño.
Domus leui benedicite dño:qui timetis dñm benedicite dño.
Benedictus dominus ex ſyon:qui habitat in hieruſalem. An. Omnia quecunque voluit dñs fecit. iij. ps. cxxxv.
Confitemini dño qm̄ bonus: qm̄ in eternū mia eius.
Confitemini deo deorum: qm̄ in eternum miſericordia eius.
Confitemini dño dñorum:qm̄.
Qui facit mirabilia magna ſolus: quoniam.
Qui fecit celos in intellectu:
Qui firmauit terram ſuper aquas: quoniam.
Qui fecit luminaria magna:
Solem in poteſtatem diei:
Lunam et ſtellas in poteſtatem noctis.
Qui percuſſit egyptum cum primogenitis eorum:
Qui eduxit iſrael de medio eorū:
In manu potenti et brachio excelſo:
Qui diuiſit mare rubrum in diuiſiones.
Et eduxit iſrael per mediū eius:
Et excuſſit pharaonem et virtutem eius in mari rubro:
Qui traduxit populum ſuum per deſertum:
Qui percuſſit reges magnos:
Et occidit reges fortes:
Seon regem amorreorum:
Et og regem baſan:
Et dedit terrā eorum hereditatem:
Hereditatem iſrael ſeruo ſuo:
Quia in humilitate nr̄a memor fuit noſtri:
Et redemit nos ab inimicis nr̄is:
Qui dat eſcam omni carni:
Confitemini deo celi:
Confitemini domino dominorum: qm̄ in eternum mia eius. An. Qm̄ in eternum mia eius. iij. ps. cxxxvi.
Super flumina babylonis illic ſedimus et fleuimus:dum recordaremur ſyon.
In ſalicibus in medio eius: ſuſpendimus organa noſtra.
Quia illic interrogauerunt nos q̄ captiuos duxerūt nos:verba cantionum.
Et qui abduxerunt nos: hymnū cantate nobis de canticis ſyon.
Quomodo cantabimus cāticum domini:in terra aliena.
Si oblitus fuero tui hieruſalem: obliuioni detur dextera mea.
Adhereat lingua mea faucibus meis:ſi non meminero tui.
Si nō propoſuero hieruſalem: in principio leticie mee.
Memor eſto dñe filiorū edom: in die hieruſalem.
Qui dicunt exinanite: exinanite vſque ad fundamentum in ea.
Filia babylonis miſera: beatus qui retribuet tibi retributionē tuā quam retribuiſti nobis.

Btūs qui tenebit: ⁊ allidet paruu
los tuos ad petram. an. Hymnum
cantate nobis de canticis ſyon. viij.
Confitebor ti- ps. cxxxvij
bi dñe in toto corde meo:
qm̄ audiſti verba oris mei.
In cōſpectu angelo℞ pſallā tibi:
adorabo ad templum ſanctū tuu⁊/
et confitebor nomini tuo.
Super miſericordia tua et verita
te tua: qm̄ magnificaſti ſuper om-
ne nomen ſanctum tuum.
In quacū⁊ die inuocauero te ex
audi me: multiplicabis in aīa mea
virtutem.
Confiteātur tibi domine omnes
reges terre: quia audierunt omnia
verba oris tui.
Et cantent in vijs dñi: quoniam
magna eſt gloria domini.
Qm̄ excelſus dominus ⁊ humilia
reſpicit: et alta a longe cognoſcit.
Si ambulauero in medio tribula
tiōis viuificabis me: et ſuper iram
inimico℞ meo℞ extendiſti manum
tuā. et ſaluū me fecit dextera tua.
Dñs retribuet pro me: dñe miſe-
ricordia tua in ſclm̄. opera manuū
tua℞ ne deſpicias. an. In conſpectu
angelorū pſallā tibi de⁹ meus. v. Cp.
Bñdict⁹ deus. R. Adiutoriū nrm̄.
Hy⁹. De⁹ creator oīz. v. Dirigat.
Ad mag. an. Qui fecit mihi dñs ma-
gna q̄ potens eſt: ⁊ ſanctū nomē eius.
Fer. v. ad veſpas. ps. cxxxviij.
Domine pbaſti me
et cognouiſti me: tu
cognouiſti ſeſſionē
meā et reſurrectio-
nem meam.
Intellexiſti cogi-
tationes meas de longe: ſemitam
meam ⁊ funiculū meū inueſtigaſti.
Et omnes vias meas preuidiſti:
quia non eſt ſermo in lingua mea.
Ecce dñe tu cognouiſti om̄ia no
uiſſima et antiqua: tu formaſti me
et poſuiſti ſuper me manum tuam.
Mirabilis facta eſt ſciētia tua ex
me: confortata eſt et non potero
ad eam.
Quo ibo a ſpiritu tuo: et quo a fa-
cie tua fugiam.
Si aſcendero in celum tu illic es:
ſi deſcendero in infernum ades.
Si ſūpſero pēnas meas diluculo:
et habitauero in extremis maris.
Et eni⁊ illuc manus tua deducet
me: et tenebit me dextera tua.
Et dixi? forſitan te- Diuiſio
nebre cōculcabūt me: ⁊ nox
illuminatio mea in delicijs meis.
Quia tenebre nō obſcurabūtur a
te. et nox ſicut dies illuminabit: ſi-
cut tenebre eius ita et lumen eius.
Quia tu poſſediſti renes meos: ſu
ſcepiſti me de vtero matris mee.
Confitebor tibi quia terribiliter
magnificatus es: mirabilia opera
tua. et aīa mea cognoſcet nimis.
Non eſt occultatū os meum a te
quod feciſti in occulto: et ſubſtan-
tia mea in inferioribus terre.
Imperfectum meū viderūt oculi
tui? et in libro tuo oēs ſcribentur:
dies formabūtur et nemo in eis.
Mihi aūt nimis honorificati ſunt
amici tui deus: nimis confortatus
eſt principatus eorum.
Dinumerabo eos et ſuper arenā
multiplicabuntur: exurrexi et ad-
huc ſum tecum.

Si occideris deus peccatores: vi ri ſanguinum declinate a me.
Quia dicitis in cogitatione: acci pient in vanitate ciuitates ſuas.
Nonne qui oderũt te dñe oderã: et ſup inimicos tuos tabeſcebam.
Perfecto odio oderaȝ illos: ini= mici facti ſunt mihi.
Proba me deus et ſcito cor meũ: interroga me et cognoſce ſemitas meas.
Et vide ſi via iĩq̄tatis in me eſt: ⁊ deduc me ĩ via eterna. Añ. Dñe ꝓba ſti me ⁊ cognouiſti me. iij. Ps. cxxxix.

Eripe me dñe ab hoĩe malo: a viro iniquo eripe me.
Qui cogitauerũt iniq̄tates in cor de: tota die conſtituebant prelia.
Acuerunt linguas ſuas ſicut ſer= pentes: venenum aſpidum ſub la= bijs eorum.
Cuſtodi me domine de manu pec catoris: et ab hominibus iniquis eripe me.
Qui cogitauerũt ſupplãtare greſ= ſus meos: abſcõderunt ſuperbi la= queum mihi.
Et funes extenderunt in laqueũ: iuxta iter ſcandalũ poſuerũt mihi.
Dixi dño deus meus es tu: exau di dñe vocem deprecationis mee.
Domine dñe virtus ſalutis mee: obumbraſti ſuper caput meũ in die belli.
Non tradas me dñe a deſiderio meo peccatori: cogitauerunt con= tra me. ne derelinquas me ne forte exaltentur.
Caput circuitus eoꝝ: labor labio rum ipſorum operiet eos.
Cadent ſuper eos carbones: in



ignem deijcies eos in miſerijs nõ ſubſiſtent.
Uir linguoſus non dirigetur in terra: virum iniuſtum mala capiẽt in interitu.
Cognoui q̄a faciet dñs iudiciuȝ inopis: et vindictam pauperum.
Uerũtamen iuſti cõfitebũtur no= mini tuo: et habitabunt recti cum vultu tuo. Añ. A viro iniquo libera me domine. iiij. Pſalmus. cxl.

Domine clamaui ad te ex= audi me: intende voci mee cum clamauero ad te.
Dirigatur oratio mea ſicut incẽ= ſum in cõſpectu tuo: eleuatio ma= nuũ meaꝝ ſacrificiũ veſpertinũ.
Pone dñe cuſtodiam ori meo: et oſtium circũſtantie labijs meis.
Non declines cor meum in ver= ba malicie: ad excuſandas excuſa tiones in peccatis.
Cum hoĩbus operãtibus iniqui= tatem: et non communicabo cum electis eorum.
Corripiet me iuſtus in miã et in= crepabit me: oleum auteȝ pctõris non impinguet caput meum.
Qm̃ adhuc ⁊ oratio mea in bene= placitis eorũ: abſorpti ſunt iuncti petre iudices eorum.
Audiẽt verba mea qm̃ potuerũt: ſicut craſſitudo terre erupta eſt ſu= per terram.
Diſſipata ſunt oſſa noſtra ſecus infernum: quia ad te dñe dñe oculi mei: in te ſperaui nõ auferas animam meam.
Cuſtodi me a laq̄o q̄m statue= runt mihi: ⁊ a ſcãdalis operãtiũ iniquitatem.

Cadent in retiaculo ei⁹ pctõres: ſingulariter ſuȝ ego donec trãſeã. Ãn. Dñe clamaui ad te exaudi me. viij Cpm. Bñdictus deus. R. Adiutorium noſtruȝ. Hy⁹. Deus creator. V⁹. Dirigat. Ad mag. ãn. Depoſuit potentes ſanctos perſequẽtes ⁊ exaltauit humiles chriſtum confitentes.

¶ Feria.vj. ad veſpas. ps.cxlj.

Voce mea ad dominum clamaui: voce mea ad dñm deprecatus ſum.

Effundo in cõſpectu ei⁹ orõnẽ meã: et tribulationem meaȝ ante ipſum pronuncio.

In deficiendo ex me ſpm̃ meum: et tu cognouiſti ſemitas meas.

In via hac qua ambulabam: abſconderunt laqueum mihi.

Conſiderabã ad dexterã ⁊ videbam: ⁊ nõ erat qui cognoſceret me.

Perijt fuga a me: ⁊ nõ eſt qui requirat animam meam.

Clamaui ad te domine: dixi tu es ſpes mea: portio mea in terra viuentium.

Intẽde ad deprecationem meã: quiã humiliatus ſum nimis.

Libera me a perſequentibus me: quia confortati ſunt ſuper me.

Educ de cuſtodia aĩam meaȝ ad confitẽdum nomini tuo: me expectãt iuſti donec retribuas mihi. ãn. Portio mea dñe ſit in ťra viuẽtiũ. viij ps.cxlij. qui dicit ſabbato in laud.

Domine exaudi orationem meã: auribus percipe obſecrationem meam: in veritate tua exaudi me ĩ tua iuſticia.

Et non intres in iudicium cũ ſeruo tuo: quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens.

Quia perſecutus eſt inimic⁹ aĩam meã: humiliauit in terra vitã meã.

Collocauit me in obſcuris ſicut mortuos ſeculi: et anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus: in me turbatum eſt cor meum.

Memor fui dierũ antiquoꝝ: meditatus ſum in oĩbus operib⁹ tuis: in factis manuũ tuaꝝ meditabar.

Expandi manus meas ad te: anima mea ſicut terra ſine aqua tibi.

Velociter exaudi me dñe: defecit ſpiritus meus.

Non auertas faciem tuã a me: et ſimilis ero deſcẽdẽtibus in lacũ.

Auditã fac mihi mane miſericordiam tuam: quia in te ſperaui.

Notam fac mihi viam in qua ambulem: qꝛ ad te leuaui aĩam meã.

Eripe me de inimicis meis dñe ad te cõfugi: doce me facere volũtatem tuã quia deus meus es tu.

Spũs tuus bonus deducet me in terrã rectã: ꝓpter nomen tuuȝ dñe viuificabis me in equitate tua.

Educes de tribulatiõe aĩaȝ meam: et in miſericordia tua diſpdes inimicos meos.

Et perdes oẽs q̃ tribulant aĩam meã: quoniã ego ſeruus tuus ſum.

Benedictus dñs ps.cxliij. deus me⁹ qui docet manus meas ad prelium: et digitos meos ad bellum.

Miſericordia mea ⁊ refugiũ meũ: ſuſceptor meus ⁊ liberator meus.

Protector meus et in ipſo ſperaui: qui ſubdit populũ meũ ſub me.

Dñe quid eſt homo q̃a innotuiſti ei: aut filius hoīs q̃a reputas eum.
Homo vanitati ſimilis factus eſt: dies eius ſicut vmbra pretereūt.
Dñe inclina celos tuos ⁊ deſcen de: tange mõtes ⁊ fumigabunt.
Fulgura coruſcationē ⁊ diſſipabis eos: emitte ſagittas tuas ⁊ cõturbabis eos.
Emitte manū tuā de alto ⁊ eripe me ⁊ libera me de aquis multis: et de manu filiorum alienorum.
Quorū os locutū eſt vanitatem: et dextera eorū dextera iniq̃tatis.
Deus canticum **Diuiſio.** nouum cãtabo tibi: in pſalterio decacordo pſallam tibi.
Qui das ſalutem regibus ⁊ qui redemiſti dauid ſeruum tuum: de gladio maligno eripe me.
Et erue me de manu filiorū alienorum ⁊ quorum os locutū eſt vanitatem: et dextera eorum dextera iniquitatis.
Quorum filij ſicut nouelle plãtationes: in iuuentute ſua.
Filie eorum compoſite: circūornate vt ſimilitudo templi.
Promptuaria eorum plena: eructantia ex hoc in illud.
Oues eorum fetoſe abūdantes in egreſſibus ſuis: boues eorꝫ craſſe.
Non eſt ruina macerie neq̃ trãſitus: neq̃ clamor in plateis eorꝫ.
Beatum dixerūt populuz cui hec ſunt: beatus populus cuius dominus deus eius. **ān.** Benedictus dominus deus meus. **vj. ps.cxliiij.**
Exaltabo te deus meus rex: et benedicaz nomini tuo in ſeculum et in ſeculum ſeculi.



Per ſingulos dies benedicā tibi: et laudabo nomen tuuz in ſeculum et in ſeculum ſeculi.
Magnꝰ dñs et laudabilis nimis: et magnitudinis eius nõ eſt finis.
Generatio et generatio laudabit opera tua: ⁊ potentiam tuam pronunciabunt.
Magnificentiam glorie ſanctitatis tue loquentur: et mirabilia tua narrabunt.
Et virtutē terribiliū tuorꝫ dicēt: et magnitudinem tuā narrabūt.
Memoriam abundantie ſuauitatis tue eructabunt: et iuſticia tua exultabunt.
Miſerator et miſericors dominꝰ: patiens et multum miſericors.
Suauis dñs vniuerſis: et miſerationes eius ſuper oīa opera eius.
**ān.** In eternū et in ſeculū ſeculi. **viij.**
**Cpm.** Bñdictus deus. **℟.** Adiutorium noſtruz. **Hyꝰ.** Deus creator. **℣.** Dirigatur. **Ad mag. ān.** Suſcepit deus iſrael puerum ſuuz ſicut locutus eſt abraham et ſemini eius et exaltauit humiles vſq̃ in ſeculum.

**¶ Sabbato ad veſpas. Diuiſio.**

Confiteant tibi dñe oīa opera tua: ⁊ ſcti tui bñdicant tibi.
Gloriam regni tui dicent: et potētiam tuam loquentur.
Vt notam faciāt filijs hominum potētiam tuam; ⁊ gloriam magnificentie regni tui.
Regnum tuū regnum omnium ſeculorum: ⁊ dominatio tua in omni generatione ⁊ generationem.
Fidelis dñs in oībꝰ verbis ſuis:

et ſanctus in oībus operibus ſuis.
Alleuat dñs omnes qui corruūt: et erigit omnes eliſos.
Oculi oīm in te ſperant dñe: et tu das eſcam illoꝝ in tpe oportuno.
Aperis tu manum tuā: ⁊ imples omne animal benedictione.
Iuſtus dñs in oībus vijs ſuis: et ſanctus in oībus operibus ſuis.
Prope eſt dñs oib⁹ inuocātibus eū: oib⁹ inuocātib⁹ eū in veritate.
Voluntatem timentiū ſe faciet: et deprecationem eorum exaudiet: ⁊ ſaluos faciet eos.
Cuſtodit dñs oēs diligētes ſe: et omnes peccatores diſperdet.
Laudationē domini loquetur os meū: ⁊ benedicat oīs caro nomini ſancto eius: in ſeculum et in ſeculum ſeculi. ān. Cuſtodit domin⁹ omnes diligentes ſe. iiij. ps. cxlv.
Lauda anima mea dñm: laudabo dñm in vita mea: pſallam deo meo q̄diu fuero.
Nolite cōfidere in principibus: in filijs hoīm in quib⁹ nō eſt ſalus.
Exibit ſpūs eius et reuertetur in terram ſuā: in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.
Beatus cuius deus iacob adiutor eius: ſpes ei⁹ in dño deo ipſius qui fecit celū et terram: mare ⁊ omnia que in eis ſunt.
Qui cuſtodit veritatem in ſclm: facit iudiciū iniuriam patiētibus: dat eſcam eſurientibus.
Dominus ſoluit cōpeditos: dominus illuminat cecos.
Dominus erigit eliſos: dñs diligit iuſtos.
Dominus cuſtodit aduenas: pupillum et viduam ſuſcipiet: et vias peccatorum diſperdet.
Regnabit domin⁹ in ſecula deus tuus ſyon: in generatione et generationem. ān. Laudabo deū meum in vita mea. iiij. Pſalmus. cxlvi.
Laudate dñm qm̄ bonus eſt pſalmus: deo noſtro ſit iocunda decoraq̧ laudatio.
Edificans hierlm̄ dñs: diſperſiones iſraelis congregabit.
Qui ſanat cōtritos corde: et alligat contritiones eorum.
Qui numerat multitudinem ſtellarum: et oībus eis noīa vocat.
Magn⁹ dñs noſter: et magna virtus eius: et ſapientie eius non eſt numerus.
Suſcipiens māſuetos dominus: humilians autem peccatores vſq̧ ad terram.
Precinite dño in cōfeſſione: pſallite deo noſtro in cythara.
Qui operit celum nubibus: ⁊ parat terre pluuiam.
Qui producit in montibus fenū: et herbam ſeruituti hominum.
Qui dat iumentis eſcam ipſorū: et pullis coruoꝝ inuocātibus eū.
Non in fortitudine equi voluntatē habebit: nec in tybijs viri beneplacitum erit ei.
Beneplacitū eſt dño ſuper timentes eum: et in eis qui ſperāt ſup miſericordia eius. ān. Deo noſtro iocunda ſit laudatio. viij. ps. cxlvij.
Lauda hieruſalē dñm: lauda deum tuum ſyon.
Qm̄ confortauit ſeras portarum tuaꝝ: benedixit filijs tuis in te.
Qui poſuit fines tuos pacem: et

adipe frumenti ſatiat te.

Qui emittit eloquium ſuuꝫ terre: velociter currit ſermo eius.

Qui dat niuem ſicut lanam: nebulam ſicut cinerem ſpargit.

Mittit criſtallum ſuū ſicut buccellas: ante faciem frigoris eiꝰ quis ſuſtinebit.

Emittet verbū ſuū ⁊ liquefaciet ea: flabit ſpūs eius ⁊ fluent aque.

Qui annūciat verbū ſuū iacob: iuſticias et iudicia ſua iſrael.

Non fecit taliter omni nationi: et iudicia ſua non manifeſtauit eis.

an. Lauda hierlm dnm. j. Cap. Bndictus. vtē. ℞. Magnus dns noſter. Et magna virtus eius. ℣. Et ſapiētie eius nō eſt numerus. Et. Hyꝰ. Deꝰ creator. ℣. Veſptina oratio aſcendat ad te dne. Et deſcēdat ſuper nos mia tua. ps. cxlviij. q quotidie cū duobꝰ ſeqnti. ſub vna tm̄ glia dr ad lau.

Laudate dominū de celis: laudate eum in excelſis.

Laudate eum om̄es angeli eius: laudate eum oēs virtutes eius.

Laudate eum ſol ⁊ luna: laudate eum omnes ſtelle ⁊ lumen.

Laudate eū celi celorum: et aque que ſuper celos ſunt. laudent nomen domini.

Quia ipſe dixit et facta ſunt: ipſe mandauit et creata ſunt.

Statuit ea in ſclꝫ et in ſclm ſeculi: preceptū poſuit et nō preteribit.

Laudate dominū de terra: dracones et omnes abyſſi.

Ignis/grādo/nix/glacies/ſpūs procellarꝫ: que faciūt verbū eius.

Montes et oēs colles: ligna fructifera et omnes cedri.

Beſtie ⁊ vniuerſa pecora: ſerpentes et volucres pennate.

Reges terre et om̄es populi: principes et omnes iudices terre.

Iuuenes et virgines ſenes cū iunioribus laudent nomen dñi: quia exaltatum eſt nomen eius ſolius.

Confeſſio eius ſuper celum ⁊ terram: ⁊ exaltauit cornu populi ſui.

Hymnus omnibus ſanctis eius: filijs iſrael populo appropinquanti ſibi.

Pſalmus. cxlix.

Cantate domino canticū nouum: laus eius in eccleſia ſanctorum.

Letetur iſrael in eo qui fecit euꝫ: et filie ſyon exultent in rege ſuo.

Laudēt nomen eius in choro: in tympano ⁊ pſalterio pſallant ei.

Quia beneplacituꝫ eſt domino in populo ſuo: et exaltabit māſuetos in ſalutem.

Exultabunt ſancti in gloria: letabuntur in cubilibus ſuis.

Exultationes dei in gutture eorū: ⁊ gladij ancipites in manibus eorum.

Ad faciendā vindictam in nationibus: increpationes in populis.

Ad alligandos reges eorum in compedibus: et nobiles eorum in manicis ferreis.

Ut faciant in eis iudicium conſcriptum: gloria hec eſt oībus ſanctis eius.

Pſalmus. cl.

Laudate dominum in ſanctis eius: laudate eū in firmamento virtutis eius.

Laudate eum in virtutibus eius: laudate eum ſecundum multitudinem magnitudinis eius.

Laudate eũ in ſono tube: laudate eum in pſalterio ⁊ cythara.

Laudate eũ in tympano ⁊ choro: laudate eũ in chordis ⁊ organo.

Laudate eũ in cymbalis beneſonãtibus: laudate euz in cymbalis iubilationis: oĩs ſpũs laudet dñz.

¶ Feria ſcđa. Canticum Eſaye

Confitebor tibi dñe qm̃ iratus es mihi: conuerſus eſt furor tuus et conſolatus es me.

Ecce deus ſaluator meus: fiducialiter agam ⁊ non timebo.

Quia fortitudo mea et laus mea dñs: ⁊ factus eſt mihi in ſalutem.

Haurietis aquas ĩ gaudio de fontib⁹ ſaluatoris: ⁊ dicetis in illa die cõfitemini domino et inuocate nomen eius.

Notas facite in populis adinuẽtiones eius: mementote quoniam excelſum eſt nomen eius.

Cãtate dño qm̃ magnifice fecit: annũciate hoc in vniuerſa terra.

Exulta et lauda habitatio ſyon: quia magn⁹ in medio tui ſctũs iſrl̃.

¶ Feria .iij. Canticum Ezechie.

Ego dixi in dimidio dierum meorum: vadam ad portas inferi.

Queſiui reſiduũ annoꝝ meorum: dixi nõ videbo dominum deum in terra viuentium.

Non aſpiciam hominem vltra: et habitatorem quietis.

Generatio mea ablata eſt et conuoluta eſt a me: quaſi tabernaculũ paſtorum.

Precisa eſt velut a texente vita mea: dum adhuc ordirer ſuccidit me: de mane vſq; ad veſperam finies me.

Sperabã vſq; ad mane: quaſi leo ſic contriuit omnia oſſa mea.

De mane vſq; ad veſperam finies me: ſicut pullus hyrũdinis ſic clamabo meditabor vt columba.

Attenuati ſunt oculi mei: ſuſpicientes in excelſo.

Dñe vim patior reſpõde pro me: quid dicam aut quid reſpondebit mihi. cum ipſe fecerit.

Recogitabo tibi oẽs annos meos: in amaritudine anime mee.

Domine ſi ſic viuitur ⁊ in talibus vita ſpiritus mei: corripies me et viuificabis me: ecce in pace amaritudo mea amariſſima.

Tu autem eruiſti animam meam vt nõ periret: proieciſti poſt tergũ tuum omnia peccata mea.

Quia non infernus confitebitur tibi: neq; mors laudabit te: nõ expectabũt qui deſcẽdunt in lacũ veritatem tuam.

Viuens viuens ipſe confitebitur tibi ſicut et ego hodie: pater filijs notam faciet veritatem tuam.

Domine ſaluũ me fac: et pſalmos noſtros cantabimus cunctis diebus vite noſtre in domo domini.

¶ Feria quarta. Canticum anne.

Exultauit cor meum in dño: et exaltatũ eſt cornu meũ in deo meo.

Dilatatum eſt os meuz ſuper inimicos meos: quia letata ſum in ſalutari tuo.

Non eſt ſanctus vt eſt dominus:

necꝫ enim eſt alius extra te: et non eſt fortis ſicut deus noſter.
Nolite multiplicare loqui ſublimia: gloriantes.
Recedāt vetera de ore veſtro: q̄a deus ſcientiarum dominus eſt: et ipſi preparantur cogitationes.
Arcus fortiū ſuperatus eſt: et infirmi accincti ſunt robore.
Repleti prius pro panibus ſe locauerunt: et famelici ſaturati ſunt.
Donec ſterilis pepit plurimos: et que multos habebat filios infirmata eſt.
Dominus mortificat ⁊ viuificat: deducit ad inferos et reducit.
Dominus pauperem facit et ditat: humiliat et ſubleuat.
Suſcitans de puluere egenum: et de ſtercore erigens pauperem.
Ut ſedeat cum principibus: ⁊ ſolium glorie teneat.
Domini eniꝫ ſunt cardines terre: et poſuit ſuper eos orbem.
Pedes ſanctorum ſuorum ſeruabit: et impij in tenebris ↄticeſcēt: quia nō in fortitudine ſua roborabitur vir.
Dn̄m formidabūt aduerſarij ei9: et ſuper ipſos in celis tonabit.
Dominus iudicabit fines terre: et dabit imperium regi ſuo: et ſublimabit cornu chriſti ſui.

¶ Feria quinta. Cāticum moyſi.

Cantemus dn̄o glorioſe enī honorificatus eſt: equum ⁊ aſcenſorem deiecit in mare.
Fortitudo mea et laus mea dn̄s: et factus eſt mihi in ſalutem.
Iſte deus me9 et glorificabo eū: deus patris mei ⁊ exaltabo eum.
Dn̄s quaſi vir pugnator oīpotēs nomen eius: currus pharaonis et exercitū eius proiecit in mare.
Electi principes eius ſubmerſi ſunt in mari rubro: abyſſi operuerunt eos: deſcenderunt in profundum quaſi lapis.
Dextera tua domine magnificata eſt in fortitudine: dextera tua domine percuſſit inimicum: et in multitudine glorie tue depoſuiſti aduerſarios meos.
Miſiſti iram tuam que deuorauit eos ſicut ſtipulam: ⁊ in ſpiritu furoris tui congregate ſunt aque.
Stetit vnda fluens: congregate ſunt abyſſi in medio mari.
Dixit inimicus perſequar ⁊ comprehendā: diuidam ſpolia: implebitur anima mea.
Euaginabo gladiū meum: interficiet eos manus mea.
Flauit ſpūs tuus et operuit eos mare: ſubmerſi ſunt quaſi plūbum in aquis vehementibus.
Quis ſimilis tui in fortibus dn̄e: quis ſimilis tui magnificus in ſanctitate: terribilis atꝫ laudabilis et faciens mirabilia.
Extendiſti manū tuam et deuorauit eos terra: dux fuiſti in miſericordia tua pp̄lo quem redemiſti.
Et portaſti eū in fortitudine tua: ad habitaculum ſanctum tuum.
Aſcenderunt populi et irati ſunt: dolores obtinuerunt habitatores philiſtijm.
Tunc conturbati ſunt principes edom. robuſtos moab obtinuit tremor: obriguerunt omnes habitatores chanaan.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK gefördert durch Baden-Württemberg

Irruat ſup eos formido et pauor: in magnitudine brachij tui.
Fiãt immobiles quaſi lapis? do nec pertranſeat populus tuus domine: donec pertranſeat populus tuus iſte quem poſſediſti.
Introduces eos et plantabis in monte hereditatis tue: firmiſſimo habitaculo tuo quod operatus es domine.
Sanctuarium tuum dñe quod firmauerũt manus tue: dominus regnabit in eternum et vltra.
Ingreſſus eſt eniȝ eques pharao cum curribus et equitibus eius in mare: et reduxit ſuper eos domin⁹ aquas maris.
Filij autem iſrael ambulauerunt per ſiccum: in medio eius.

Feria ſexta. Cãticum abachuc.

Domine audiui: auditionẽ tuam ⁊ timui.
Domine opus tuum: in medio annorum viuifica illud.
In medio annorum notuȝ facies: cum iratus fueris miſericordie recordaberis.
Deus ab auſtro veniet: ⁊ ſanctus de monte pharan.
Operuit celos gloria eius: et laudis eius plena eſt terra.
Splẽdor eius vt lux erit: cornua in manibus eius.
Ibi abſcõdita eſt fortitudo eius: ante faciem eius ibit mors.
Egredietur dyabol⁹ ante pedes eius: ſtetit et menſus eſt terram.
Aſpexit et diſſoluit gentes: ⁊ contriti ſunt montes ſeculi.
Incuruati ſunt colles mundi: ab itineribus eternitatis eius.
Pro iniq̃tate vidi tẽtoria ethyopie: turbabũt pelles terre madian.
Nunq̃d in fluminibus iratus es dñe? aut in fluminib⁹ furor tuus: vel in mari indignatio tua.
Qui aſcendes ſuper equos tuos: et quadrige tue ſaluatio.
Suſcitãs ſuſcitabis arcum tuum: iuramẽta tribub⁹ que locutus es.
Fluuios ſcindes terre? viderunt te ⁊ doluerunt montes: gurges aquarum tranſijt.
Dedit abyſſus vocem ſuam: altitudo manus ſuas leuauit.
Sol et luna ſteterunt in habitaculo ſuo: in luce ſagittarũ tuaꝝ ibunt. in ſplẽdore fulgurãtis haſte tue.
In fremitu cõculcabis terrã: ⁊ in furore obſtupefacies gentes.
Egreſſus es in ſalutẽ populi tui: in ſalutem cum chriſto tuo.
Percuſſiſti caput de domo impij: denudaſti fundamẽtũ vſq; ad collum.
Maledixiſti ſceptris eius? capiti bellatorũ eius: venientibus vt turbo ad diſpergendum me.
Exultatio eoꝝ: ſicut eius qui deuorat pauperem in abſcondito.
Uiam feciſti in mari equis tuis: in luto aquarum multarum.
Audiui ⁊ conturbatus eſt venter meus: a voce cõtremuerunt labia mea.
Ingrediatur putredo in oſſibus meis: et ſubter me ſcateat.
Ut requieſcam in die tribulationis: et aſcendam ad populũ accinctum noſtrum.
Ficus enĩ non florebit: et nõ erit germen in vineis.

Mentietur opus oliue: ⁊ arua nõ afferent cibum.
Abſcidetur de ouili pecus: ⁊ non erit armentum in preſepibus.
Ego autem in domino gaudebo: et exultabo in deo ieſu meo.
Deus dñs fortitudo mea: et ponet pedes meos quaſi ceruorum.
Et ſup excelſa mea deducet me victor: in pſalmis canentem.

¶ Sabbato. Canticum moyſi.

Audite celi que loquor: audiat terra verba oris mei.
Concreſcat in pluuia doctrina mea: fluat vt ros eloquiũ meum.
Quaſi imber ſup herbam: ⁊ quaſi ſtille ſuper gramina: quia nomen domini inuocabo.
Date magnificentiã deo noſtro: dei perfecta ſunt opera: et oẽs vie eius iudicia.
Deus fidelis ⁊ abſqȝ vlla iniquitate iuſtus ⁊ rectus: peccauerũt ei et non filij eius in ſordibus.
Generatio praua atqȝ peruerſa: heccine reddis dño. popule ſtulte et inſipiens.
Nunquid nõ ipſe eſt pater tuus: qui poſſedit et fecit et creauit te.
Memento dierũ antiquorum: cogita generationes ſingulas.
Interroga patrem tuum et annũciabit tibi: maiores tuos et dicent tibi.
Quãdo diuidebat altiſſimus gentes: qñ ſeparabat filios adam.
Conſtituit terminos populorũ: iuxta numerum filiorum iſrael.
Pars autẽ dñi populus eius: iacob funiculus hereditatis eius.
Inuenit eũ in terra deſerta: in loco horroris et vaſte ſolitudinis.
Circũduxit eũ et docuit: et cuſtodiuit quaſi pupillam oculi ſui.
Sicut aquila prouocans ad volandum pullos ſuos: et ſuper eos volitans.
Expandit alas ſuas et aſſumpſit eũ: atqȝ portauit in humeris ſuis.
Dominus ſolus dux eius fuit: et non erat cum eo deus alienus.
Conſtituit eũ ſuper excelſam terram: vt comederet fructus agroꝝ.
Vt ſugeret mel de petra: oleũqȝ de ſaxo duriſſimo.
Butirũ de armento et lac de ouibus: cũ adipe agnorum et arietum filiorum baſan.
Et hyrcos cum medulla tritici: et ſanguinem vue biberent meraciſſimum.
Incraſſatus eſt dilectus ⁊ recalcitrauit: incraſſatus impinguatus dilatatus.
Dereliquit deũ factorem ſuum: ⁊ receſſit a deo ſalutari ſuo.
Prouocauerũt eum in dijs alienis: ⁊ in abominationibus ad iracundiam concitauerunt.
Immolauerunt demonijs et non deo: dijs quos ignorabant.
Noui recenteſqȝ venerunt: quos non coluerunt patres eorum.
Deũ qui te genuit dereliquiſti: ⁊ oblitus es dñi creatoris tui.
Vidit dñs et ad iracundiam cõcitatus eſt: quia ꝓuocauerũt eum filij ſui et filie.
Et ait abſcõdam faciem meã ab eis: et cõſiderabo nouiſſima eoꝝ.
Generatio eni peruerſa eſt: ⁊ infideles filij.

Ipſi me prouocauerunt in eo qui non erat deus: ⁊ irritauerũt in vanitatibus ſuis.

Et ego prouocabo eos in eo qui non eſt populus: et in gente ſtulta irritabo illos. Diuiſio.

Ignis ſuccenſus eſt in furore meo: ⁊ ardebit vſq; ad inferni nouiſſima.

Deuorabitq; terram cum germine ſuo: ⁊ mõtium fundamenta cõburet.

Congregabo ſuper eos mala: et ſagittas meas complebo in eis.

Conſumẽtur fame: et deuorabunt eos aues morſu amariſſimo.

Dentes beſtiarum immittam in eos: cum furore trahentium ſuper terram atq; ſerpentium.

Foris vaſtabit eos gladius ⁊ intus pauor: iuuenem ſimul ac virginem lactẽtem cum hoĩne ſene.

Et dixi vbinam ſunt: ceſſare faciam ex hoĩbus memoriã eoꝝ.

Sed propter irã inimicoꝝ diſtuli: ne forte ſuperbirẽt hoſtes eoꝝ.

Et dicerent manꝰ noſtra excelſa: et non dominus fecit hec omnia.

Gens abſq; conſilio eſt ⁊ ſine prudentia: vtinam ſaperent et intelligerent ac nouiſſima prouiderent.

Quomodo perſequebatur vnus mille: et duo fugarẽt decem milia.

Nonne ideo q̃a deus ſuus vendidit eos: et dñs concluſit illos.

Non eni eſt deus noſter vt dij eorum: et inimici noſtri ſunt iudices.

De vinea ſodomoruʒ vinea eoꝝ: et de ſuburbanis gomorre.

Vua eorum vua fellis: et botrus amariſſimus.

Fel draconum vinum eorum: et venenum aſpidum inſanabile.

Nonne hec ꝯdita ſunt apud me: et ſignata in theſauris meis.

Mea eſt vltio et ego retribuã eis in tẽpore: vt labatur pes eorum.

Iuxta eſt dies ꝑditiõis: et adeſſe feſtinant tempora.

Iudicabit dñs populum ſuum: et in ſeruis ſuis miſerebitur.

Videbit qꝛ infirmata ſit manus: et clauſi quoq; defecerũt: reſiduiq; conſumpti ſunt.

Et dicent vbi ſunt dij eorum: in quibus habebant fiduciam.

De quoꝝ victimis comedebant adipes: ⁊ bibebãt vinũ libaminũ.

Surgant et opitulentur vobis: ⁊ in neceſſitate vos protegant.

Videte qꝛ ego ſim ſolus: ⁊ non ſit alius deus preter me.

Ego occidã ⁊ ego viuere faciã: percutiam ⁊ ego ſanabo: et non eſt qui de manu mea poſſit eruere.

Leuabo ad celũ manum meam: ⁊ dicam viuo ego in eternum.

Si acuero vt fulgur gladiũ meũ: et arripuerint iudiciũ manꝰ mee.

Reddã vltionẽ hoſtibus meis: et his qui oderunt me retribuam.

Inebriabo ſagittas meas ſanguine: ⁊ gladius meus deuorabit carnes.

De cruore occiſoꝝ: et de captiuitate nudati inimicorum capitis.

Laudate gẽtes pplm eius: q̃a ſanguinem ſeruoꝝ ſuoꝝ vlciſcetur.

Et vindictam retribuet in hoſtes eorum: et propicius erit terre populi ſui.

¶ Canticum trium puerorum.

Benedicite omnia opera do mini domino: laudate ꝛ ſuperexaltate eum in ſecula.
Benedicite angeli domini domino: benedicite celi domino.
Benedicite aque omnes que ſuper celos ſunt domino: benedicite omnes virtutes domini domino.
Bn̄dicite ſol et luna domino: benedicite ſtelle celi domino.
Benedicite imber ꝛ ros domino: bn̄dicite omnis ſpūs dei domino.
Benedicite ignis et eſtus domino: benedicite frigus ꝛ eſtas dn̄o.
Benedicite rores et pruina dn̄o: benedicite gelu ꝛ frigus domino.
Benedicite glacies ꝛ niues dn̄o: benedicite noctes et dies dn̄o.
Benedicite lux ꝛ tenebre dn̄o: benedicite fulgura ꝛ nubes dn̄o.
Benedicat terra dn̄m: laudet et ſuperexaltet eum in ſecula.
Benedicite montes et colles domino: benedicite vniuerſa germinantia in terra domino.
Benedicite fontes domino: benedicite maria et flumina domino.
Benedicite cete ꝛ omnia que mouentur in aquis domino: benedicite omnes volucres celi domino.
Bn̄dicite omnes beſtie et pecora dn̄o: benedicite filij hoīm dn̄o.
Benedicat iſrael dominū: laudet et ſuperexaltet eum in ſecula.
Benedicite ſacerdotes dn̄i dn̄o: benedicite ſerui domini domino.
Benedicite ſpiritus et anime iuſtorum domino: benedicite ſancti et humiles corde domino.
Benedicite anania azaria miſael dominum: laudate ꝛ ſuperexaltate eum in ſecula.
Benedicamus patrem ꝛ filiū cuz ſancto ſpiritu: laudemus et ſuperexaltemus eum in ſecula.
Benedictus es dn̄e in firmamento celi: et laudabilis ꝛ glorioſus: et ſuperexaltatus in ſecula.

¶ Canticum zacharie.

Benedictus dn̄s de⁹ iſrael: quia viſitauit ꝛ fecit redemptionem plebis ſue.
Et erexit cornu ſalutis nobis: in domo dauid pueri ſui.
Sicut locut⁹ eſt per os ſanctorū: qui a ſeculo ſunt ꝓphetaꝝ eius.
Salutē ex inimicis noſtris: et de manu oīm qui oderunt nos.
Ad faciendā miſericordiam cum patribus noſtris: ꝛ memorari teſtamenti ſui ſancti.
Iuſiurandum quod iurauit ad abraham patrem noſtruz: daturum ſe nobis.
Ut ſine timore de manu inimicorum noſtroꝝ liberati: ſeruiam⁹ illi.
In ſanctitate ꝛ iuſticia corā ipſo: omnibus diebus noſtris.
Et tu puer ꝓpheta altiſſimi vocaberis: preibis eni ante faciem domini parare vias eius.
Ad dandam ſciētiam ſalutis plebi eius: in remiſſionem peccatorū eorum.
Per viſcera mīe dei nr̄i: in q̄bus viſitauit nos oriens ex alto.
Illuminare his qui in tenebris ꝛ in vmbra mortis ſedēt: ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis.

¶ Canticum virginis marie.

Magnificat: anima mea dominum.

Et exultauit ſpūs meus: in deo ſalutari meo.
Quia reſpexit humilitatem ancillle ſue: ecce enim ex hoc beatam me dicent/omnes generationes.
Quia fecit mihi magna q̄ potens eſt: et ſanctum nomen eius.
Et miſericordia eius a progenie in progenies: timentibus eum.
Fecit potentiam in brachio ſuo: diſperſit ſupbos mente cordis ſui.
Depoſuit potētes de ſede: et exaltauit humiles.
Eſurientes impleuit bonis: et diuites dimiſit inanes.
Suſcepit iſrael puerum ſuum: recordatus miſericordie ſue.
Sicut locut⁹ eſt ad patres nr̄os: abraham et ſemini eius in ſecula.

¶ Symeonis Canticum.

Nunc dimittis ſeruū tuum domine: ſecūdum verbum tuum in pace.
Quia viderunt oculi mei: ſalutare tuum.
Quod paraſti: ante faciem omnium populorum.
Lumen ad reuelationem gentiū: et gloriam plebis tue iſrael.
TE deum laudamus: te dominum confitemur.
Te eternum patrem: omnis terra veneratur.
Tibi oēs angeli: tibi celi et vniuerſe poteſtates.
Tibi cherubin τ ſeraphin: inceſſabili voce proclamant.
Sanctus.
Sanctus.
Sanctus.
Dominus deus ſabaoth.
Pleni ſunt celi τ terra: maieſtatis glorie tue.
Te glorioſus: apoſtolorum chorus.
Te prophetarum: laudabilis numerus.
Te martyrum candidatus: laudat exercitus.
Te per orbem terrarum: ſancta confitetur eccleſia.
Patrem: immenſe maieſtatis.
Venerādum tuum verum: τ vnicum filium.
Sanctum quoq; paraclytum ſpiritum.
Tu rex glorie chriſte.
Tu pr̄is: ſempiternus es filius.
Tu ad liberandū ſuſcepturus hominem: non horruiſti virginis vterum.
Tu deuicto mortis aculeo: aperuiſti credentibus regna celorum.
Tu ad dexterā dei ſedes: in gloria patris.
Iudex crederis eſſe venturus.
Te ergo queſumus tuis famulis ſubueni: quos p̄cioſo ſanguine redemiſti.
Eterna fac cum ſanctis tuis: gloria munerari.
Saluum fac populum tuū domine: et benedic hereditati tue.
Et rege eos: et extolle illos vin eternum.
Per ſingulos dies: benedicimte.
Et laudamus nomen tuum in ſeculum: et in ſeculum ſeculi.
Dignare domine die iſto: ſine peccato nos cuſtodire.
Miſere noſtri dn̄e: miſerere nr̄i.

Fiat miſericordia tua domine ſuper nos: quemadmodum ſperauimus in te.

In te domine ſperaui:non cõfundar in eternum.

Symbolum athanaſij epiſcopi alexandrini.

Quicunq; vult ſaluus eſſe: ante omnia opus eſt vt teneat catholicam fidem.

Quam niſi quiſq; integram inuiolatamq; ſeruauerit; abſq; dubio in eternum peribit.

Fides autez catholica hec eſt:vt vnum deũ in trinitate ⁊ trinitatem in vnitate veneremur.

Neq; cõfundẽtes perſonas: neq; ſubſtantiam ſeparantes.

Alia eſt enim perſona patris:alia filij:alia ſpirituſſancti.

Sed p̃ris et filij et ſpũſſancti vna eſt diuinitas: equalis gloria.coeterna maieſtas.

Qualis pr̃.talis filius: talis ſpirituſſanctus.

Increatus pater.increat9 filius: increatus ſpirituſſanctus.

Immẽſus pater.immẽſus filius: immenſus ſpirituſſanctus.

Eternus pater.etern9 filius:eternus ſpirituſſanctus.

Et tamen nõ tres eterni: ſed vn9 eternus.

Sicut non tres increati.nec tres immẽſi: ſed vnus icreatus/⁊ vnus immenſus.

Similiter omnipotens pater/omnipotens filius:omnipotens ſpirituſſanctus.

Et tamen nõ tres omnipotẽtes: ſed vnus omnipotens.

Ita deus pater:deus filius:deus ſpirituſſanctus.

Et tamẽ nõ tres dij: ſed vnus eſt deus.

Ita dominus pater.dominus filius:dominus ſpirituſſanctus.

Et tamen non tres dñi:ſed vnus eſt dominus.

Quia ſicut ſingillatim vnãquãq; perſonam: deum ac dominum confiteri chriſtiana veritate compellimur: ita tres deos aut dominos dicere/catholica religione prohibemur.

Pater a nullo eſt factus:nec creatus/nec genitus.

Filius a patre ſolo eſt: nõ factus nec creatus/ſed genitus.

Spũſſanctus a patre et filio: non factus nec creat9 nec genitus.ſed procedens.

Unus ergo pater non tres patres.vn9 filius non tres filij:vnus ſpirituſſanctus non tres ſpirituſſancti.

Et in hac trinitate nihil pri9 aut poſterius:nihil maius aut minus: ſed tote tres perſone coeterne ſibi ſunt et coequales.

Ita vt per oĩa ſicut iam ſupradictum eſt:⁊ vnitas in trinitate ⁊ trinitas in vnitate veneranda ſit.

Qui vult ergo ſaluus eſſe: ita de trinitate ſentiat.

Sed neceſſariũ eſt ad eternam ſalutẽ:vt incarnationẽ quoq; dñi noſtri ieſu chriſti fideliter credat.

Eſt ergo fides recta.vt credam9 et confiteamur:quia dominus noſter ieſus chriſtus dei filius deus et homo eſt.

Deus eſt ex ſubſtantia patris ante ſecula genitus: et hō eſt ex ſubſtantia matris in ſeculo natus.

Perfect⁹ deus perfectus homo: ex anima rationali ⁊ humana carne ſubſiſtens.

Equalis patri ſcōm diuinitatem: minor patre ſcōm humanitatem.

Qui licet deus ſit et hō: non duo tamen ſed vnus eſt chriſtus.

Unus autem non conuerſione diuinitatis in carnē: ſed aſſumptione humanitatis in deum.

Unus oīno non ꝯfuſione ſubſtātie: ſed vnitate perſone.

Nam ſicut anima rationalis et caro vnus eſt homo: ita deus et homo vnus eſt chriſtus.

Qui paſſus eſt pro ſalute noſtra. deſcendit ad inferos: tertia die reſurrexit a mortuis.

Aſcēdit ad celos. ſedet ad dexteram dei patris oīpotētis: inde venturus iudicare viuos et mortuos.

Ad cuius aduentum omnes homines reſurgere habent cum corporibus ſuis: et reddituri ſunt de factis proprijs rationem.

Et qui bona egerunt ibunt in vitam eternā: ꝙ vero mala in ignem eternum.

Hec eſt fides catholica. quā niſi quiſqꝫ fideliter firmiterqꝫ crediderit: ſaluus eſſe non poterit. ℣. Bn̄dicat nos deus deus nr̄. benedicat nos deus. Et metuant eum omnes fines terre. ℣. Dominus vobiſcū. Et cum ſpiritu tuo.

Collecta.

Omnipotens ſempiterne deus: qui dediſti famulis tuis in confeſſione vere fidei eterne trinitatis gloriā agnoſcere: ⁊ in potentia maieſtatis adorare vnitatē: queſumus. vt eiuſdem fidei firmitate: ab om̄ibus ſemper muniamur aduerſis. Per dn̄m noſtrum.

Pater noſter qui es in celis. ſanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua. ſicut in celo et in terra: Panem noſtrū quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita noſtra. ſicut et nos dimittimus debitoribus noſtris: Et ne nos inducas in temptationem. Sed libera nos a malo.

Aue maria gratia plena dominus tecum. Benedicta tu in mulieribus. Et benedictus fructus ventris tui ieſus chriſtus Amen.

Credo in deum patrem omnipotentem creatorem celi et terre. Et in ieſum chriſtum filium eius vnicum dominū noſtrū. Qui conceptus eſt de ſpiritu ſancto. Natus ex maria virgine. Paſſus ſub pontio pylato. Crucifixus mortuus et ſepultus. Deſcendit ad inferna. Tertia die reſurrexit a mortuis. Aſcendit ad celos. Sedet ad dexteram dei patris omnipotentis. Inde venturus iudicare viuos et mortuos.

Credo in ſpiritum ſanctum. Sanctam eccleſiam catholicam. Sanctorum cōmunionem. remiſſionem pctōꝝ. Carnis reſurrectionem. vitam eternam. Amen.

¶ Dominicis diebus et in feſto ſancti michaelis. Cantica.

D Omine miſerere nr̄i te ei expectauim⁹: eſto brachiū nr̄m in mane: et ſal⁹ nr̄a in tp̄e tribulationis.

A voce angeli fugerunt pp̄li: et ab exaltatione tua diſperſe ſunt gentes.

E t congregabūtur ſpolia veſtra ſicut colligitur brucus: velut cum foſſe plene fuerint de eo.

M agnificatus eſt dn̄s qm̄ habitauit in excelſo: repleuit ſyō iudicio ⁊ iuſticia: ⁊ erit fides in tp̄ib⁹ ſuis.

D iuitie ſalutis ſapiētia ⁊ ſciētia: timor dn̄i ipſe theſaurus eius.

E cce videntes clamabūt foris: angeli pacis amare flebunt.

D iſſipate ſūt vie. ceſſauit trāſiēs p ſemitā: irritū fctm̄ eſt pactū: ꝓiecit ciuitates/ nō reputauit hoīes.

L uxit et elanguit terra: confuſus eſt libanus et obſorduit.

E t factus eſt ſaron ſicut deſertū: et concuſſa eſt baſan et carmelus.

N unc exurgā dicit dn̄s: nūc exaltabor/ ⁊ nunc ſublimabor. Aliud.

A Udite qui longe eſtis que fecerim dicit dn̄s: ⁊ cognoſcite vicini fortitudinem meam.

C onterriti ſunt in ſyon peccatores: poſſedit tremor ipocritas.

Q uis poterit habitare de vobis cū igne deuorāte: aut q̄s habitabit ex vobis cū ardorib⁹ ſempiternis.

Q ui ambulat in iuſticijs ⁊ loquitur veritatē: qui proijcit auariciā ex calumnia: et excutit man⁹ ſuas ab omni munere.

Q ui obturat aures ſuas ne audiat ſanguinem: ⁊ claudit oculos ſuos ne videat malum.

I ſte in excelſis habitabit munimēta ſaxoꝝ ſublimitas ei⁹: panis ei datus eſt: aque ei⁹ fideles ſunt.

R egē in decore ſuo videbūt oculi eius: cernēt terrā de lōge: cor tuū meditabit᷑ timorē. G loria. Aliud.

M Iſerere dn̄e plebi tue ſup quam inuocat⁹ eſt nomen tuum: et iſrael quem coequaſti primogenito tuo.

M iſerere ciuitati ſanctificatiōis tue hierl'm: ciuitati requiei tue.

R eple ſyon inenarrabilib⁹ virtutibus tuis: et gloria tua pplm̄ tuū.

D a teſtimoniū q̄a ab initio creature tue ſunt: ⁊ ſuſcita precationes quas locuti ſunt in noīe tuo ꝓphete priores.

D a mercedē dn̄e ſuſtinētibus te. vt ꝓphete tui fideles inueniant᷑: ⁊ exaudi orationem ſeruoꝝ tuoꝝ.

S cdm̄ bn̄dictionē aaron da pplo tuo: et dirige nos in viam iuſticie.

V t ſciant oēs q̄ habitant terram: quia tu es deus ꝯſpector ſeculoꝝ.

¶ Diebus dn̄icis a feſto ſcte trinitatis vſq; ad aduē. Et ab octa. epyphā. vſq; ad .j. do. xl. ad cātica. ān. Alla. iij. ℣. Exaltare dn̄e i ꝟtute tua. Cātabim⁹ et pſallem⁹ virtutes tuas.

¶ In aduētu. ān. Alla. iij. ℣. Egredietur virga de radice ieſſe. Et flos de radice eius aſcēdet. ¶ Dn̄ica. j. poſt epy. vſq; ad. j. do. xl. ān. Alla. iij. ℣. Exaltare dn̄e. vt ſ. ¶ Dn̄ica. j. xl. Ad cātica ān. Non in ſolo pane viuit hō: ſed in oī ꝟbo qd ꝓcedit de ore dei. vſq; ad dn̄icā in paſſiōe. ℣. Scapu-

lis ſuis obũbrabit tibi. Et ſub pennis eius ſperabis. ¶ Dominica .ij. xl. ãn. O mulier magna eſt fides tua: fiat tibi ſicut petiuſti. ℣. Scapulis ſuis. ¶ Dñica .iij. xl. ãn. Cũ immundus ſpũs exierit ab hoie ambulat per loca inaquoſa querẽs requiẽ ⁊ nõ inuenit. ℣. Scapulis ſuis. ¶ Dñica .iiij. i. xl ãn. De quinq; panibus ⁊ duob⁹ piſcibus: ſatiauit dñs q̃nq; milia hoim. ℣. Scapulis. ¶ Dñica in paſſiõe. ãn. Ego gl'iaz meã nõ quero: eſt q̃ querat et iudicet. ℣. Ne pdas cũ impiis deus aiaz meã. Et cũ viris ſanguinũ vitam meã. ¶ Dñica in palmis. ãn. Oſãna filio dauid: bñdict⁹ q̃ venit in noie dñi rex iſrael oſanna i excelſis. ℣. Ne perdas. ¶ Diebus dñicis ⁊ feſtis ante euangeliũ. Bñdictio. Sancti euangelii lectio: ſit nobis ſalus ⁊ protectio. ¶ Qñ non eſt euangelium Benedictio. Omps dominus nos benedicat: et ab omi malo defendat.

¶ Cãtica in natiuitate dñi: in circũciſione: in epypha. et in puriſicatione beate marie ſemper ℣ginis.

Populus qui ambulabat i tenebris: vidit lucem magnã.

Habitãtibus in regione vmbre mortis: lux orta eſt eis.

Multiplicaſti gẽtem: non magnificaſti leticiam.

Letabũtur corã te ſicut qui letantur in meſſe: ſicut exultãt victores capta preda qñ diuidunt ſpolia.

Iugũ eni oneris eius ⁊ virgã humeri eius: et ſceptrum exactoris eius ſuperaſti: ſicut in die madian.

Quia ois violenta predatio cũ tumultu: ⁊ veſtimẽtũ mixtũ ſanguie: erit in cõbuſtionem ⁊ cibus ignis.

Paruulus enim natus eſt nobis: filius datus eſt nobis.

Et factus eſt principatus ſup humerũ eius: ⁊ vocabitur nomẽ eius admirabilis conſiliarius.

Deus fortis: pater futuri ſeculi: princeps pacis.

Multiplicabitur eius imperium: et pacis non erit finis.

Super ſoliũ dauid et ſuper regnũ eius ſedebit: vt confirmet illud et corroboret in iudicio et iuſticia.

Amodo ⁊ vſq; in ſẽpiternũ: zelus dñi exercituũ faciet hoc. Aliud.

LEtare hierl'm: ⁊ diem feſtũ agite oẽs qui diligitis eã.

Gaudete gaudio oẽs qui lugebatis ſup eã: vt potemini a lacte ⁊ ſatiemini ab vberib⁹ ꝯſolatiõis ei⁹.

Et cũ auulſi fueritis a lacte: epulemini ab introitu glorie eius.

Quia hec dicit dñs: ecce ego declino in eos vt flumen pacis: et vt torrens inundans glorie gẽtium.

Pueri coꝝ in humeris portabuntur: et ſuper genua conſolabuntur.

Quemadmodũ mater conſolatur filios ſuos: ita et ego conſolabor vos: et in hierl'm conſolabimini.

Et videbitis ⁊ gaudebitis et letabitur cor veſtrum: et oſſa veſtra vt herba germinabunt: ⁊ cõminabitur contumacibus.

Ecce dñs vt ignis veniet: et vt tempeſtas currus eius: reddere in ira vindictã ⁊ vaſtationem in flammam ignis.

In igne enim zeli domini deuorabitur omnis terra; ⁊ in gladio eius.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK gefördert durch Baden-Württemberg

omnis caro. Aliud.

VRbs fortitudinis nr̃e ſyō: ſaluator ponetur in ea murus. et antemurale.

Aperite portas: et ingrediat̃ gēs iuſta cuſtodiens veritatem.

Uetus error abijt: ſeruabis pacem. pacem ꝙa in te ſperauimus.

Sperastis in dño in ſeculis eternis: in dño deo forti in perpetuū.

Quia incuruabit habitātes in excelſo: ciuitatē ſublimē humiliabit.

Humiliabit eam vſqꝫ ad terram: detrahet eam vſqꝫ ad puluerem.

Conculcabit eam pes pauperis: greſſus egenorum.

Semita iuſti recta eſt: rectus callis iuſti ad ambulandum.

Et in ſemita iudiciorum tuoꝝ domine ſuſtinuimus te: nomen tuū et memoriale tuū in deſiderio anime.

Anima mea deſiderabit te in nocte: ſed et ſpūs meꝰ in precordijs meis: de mane vigilabo ad te.

Cum feceris iudicia tua in terra: iuſticiā diſcent habitatores orbis.

Miſereamur impio et non diſcet facere iuſticiā: in terra ſanctorum iniqua geſſit: non videbit gloriam domini.

Domine exaltetur manus tua vt non videant: videāt ⁊ confundantur zelātes populi: et ignis hoſtes tuos deuoret.

Domine dabis pacem nobis: omnia enim opera noſtra operatus es nobis.

¶ Cantica in paſcha: in aſcenſione / in penthecoſte / et diebus dominicis per reſurrectionē vſqꝫ ad pēthecoſten incluſiue.

QUis eſt iſte ꝙ venit de edom: tinctis veſtibus de boſra.

Iſte formoſus i ſtola ſua: gradiens in multitudine fortitudinis ſue.

Ego qui loquor iuſticiam: ⁊ propugnator ſum ad ſaluandum.

Quare ergo rubrum eſt indumentum tuum: et veſtimenta tua ſicut calcantium in torculari.

Torcular calcaui ſolus: ⁊ de gentibus non eſt vir mecum.

Calcaui eos in furore meo: ⁊ conculcaui eos in ira mea.

Et aſperſus eſt ſanguis eorum ſuper veſtimenta mea: ⁊ omnia indumenta mea inquinaui.

Dies eni vltionis in corde meo: annus retributionis mee venit.

Circūſpexi et nō erat auxiliator: queſiui et non fuit qui adiuuaret.

Et ſaluauit mihi brachium meum: et indignatio mea ipſa auxiliata eſt mihi. Aliud.

VEnite ⁊ reuertamur ad dominū: ꝙa ipſe cepit ⁊ ſanabit nos: percutiet ⁊ curabit nos.

Uiuificabit nos poſt duos dies: in die tertia ſuſcitabit nos: ⁊ viuemus in cōſpectu eius. ſciemus / ſequemurqꝫ vt cognoſcamus dñm.

Quaſi diluculum preparatus eſt egreſſus eius: ⁊ veniet quaſi imber nobis tēporaneꝰ ⁊ ſerotinus terre.

Quid faciam tibi effraim quid faciam tibi iuda: miſericordia veſtra quaſi nubes matutina / ⁊ quaſi ros mane pertranſiens.

Propter hoc dolaui in ꝓphetis:

et occidi eos in verbis oris mei: ꝛ
iudicia mea quaſi lux egredietur.
Quia miaꝫ volui ꝛ nō ſacrificiū: ꝛ
ſcientiam dei pluſq̃ȝ holocauſtum.
Expecta me dicit Aliud.
dominꝰ in die reſurrectiōis
mee in futurū: quia iudiciū meū vt
cōgregem gētes et colligā regna.
Et effundam ſuper eos indigna-
tionē meā: ꝛ oēm irā furoris mei.
In igne enī zeli mei deuorabitur
oīs terra: q̄a tūc reddā pplꝫ labiū
electū vt vocent oēs in noīe dn̄i ꝛ
ſeruiant ei humero vno.
Ultra flumina ethyopie inde ſup
plices mei: filij diſperſoꝝ meorum
deferent munus mihi.
In die illa non cōfunderis ſuper
cunctis adinuentionibꝰ tuis: qui-
bus preuaricata es in me.
Q꞉ tūc auferā de medio tui mag-
niloquos ſupbie tue: ꝛ nō adijcies
exaltari amplꝰ in mōte ſctō meo.
Et derelinquam in medio tui po
pulū pauperē et egenū: et ſperabūt
in noīe dn̄i reliquie iſrael.
Non facient iniquitatem nec lo-
quētur mendaciū: ꝛ nō inuenietur
in ore eorum lingua doloſa.
Qm̄ ipſi paſcētur et accubabūt: et
nō erit q̄ exterreat. ¶ Tꝑe paſcha
li vſq̃ ad pēthe. incluſiue. Ad can
tica an̄. Alla. vij. ¶ Pro reſurre-
ctione. ℣ Cognouerūt dn̄m. In fra-
ctione panis alleluya. ¶ Pro aſcen
ſione. ℣. Non vos relinquam orpha
nos. Ueniam ad vos et gaudebit cor
veſtrum alleluya. ¶ Pro pētheco.
℣ Spiritꝰ paraclytus. Docebit vos
omnia alleluya.
¶ In feſto corꝑis chriſti cantica.

Confitemini domi-
no qm̄ bonꝰ: qm̄ in
ſeculū mīa eius.
Dicāt q̄ redempti
ſūt a dn̄o: quos re-
demit de manu ini-
mici: de regionibꝰ ꝯgregauit eos.
A ſolis ortu ꝛ occaſu: ab aquilo-
ne ꝛ mari.
Errauerunt in ſolitudine in ina-
quoſo: viā ciuitatis habitaculi nō
inuenerunt.
Eſurientes et ſitientes: anima eo-
rum in ipſis defecit.
Et clamauerūt ad dn̄m cum tri-
bularentur: et de neceſſitatibus eo
rum eripuit eos.
Et deduxit eos in viam rectā: vt
irent in ciuitatem habitationis.
Confiteātur domino mīe eius: et
mirabilia eius filijs hominum.
Quia ſatiauit aīam inanē: et aīam
eſurientem ſatiauit bonis. Gloria.
Aliud. Credidi ꝑpter qđ locutꝰ
ſum. Aliud. Lauda hierl'm dn̄m.
¶ In feſto ſpinee corone. Cātica
Pedibus cōculca-
bitur: corona ſuper
bie ebrioꝝ effraim.
Et erit flos deci-
dens glorie exulta
tionis eius: qui eſt
ſup verticē vallis piguiū. quaſi tē-
poraneū ante maturitatē autūni.
In die illa erit dn̄s exercituū co-
rona glorie: ꝛ ſertum exultationis
reſiduo populi ſui.
Et ſpiritus iudicij ſedētis ſuper
iudiciū: ꝛ fortitudo reuertentibus
de bello ad portam. Aliud.
In veſte poderis quam ha-

bebat: totus erat orbis terraꝝ.
Et parētū magnalia:in quattuor
ordinibus lapidū erant ſculpta.
Et magnificētia tua:in diadema
te capitis illiꝰ erat ſcripta. Aliud.
Spoliauit me glīa mea:ꝛ ab
ſtulit coronā de capite meo.
Deſtruxit me vndiqꝫ et pereo: et
quaſi euulſe arboris abſtulit ſpem
meam.
Iratus eſt cōtra me furor eius:et
ſic me habuit quaſi hoſtem ſuum.
Fratres meos longe fecit a me:ꝛ
noti mei q̄ſi alieni receſſerūt a me.
Dereliquerūt me ꝓpinqui mei:ꝛ
qui me nouerant obliti ſunt mei.

¶ De apoſtolis euangeliſtis et martyribus. Cantica.

Vos ſancti domini
vocabimini: mini-
ſtri dei noſtri.
Diceř vobis for-
titudinē gētium co
medetis: et in glo-
ria eorum ſuperbietis.
Pro confuſione veſtra duplici et
rubore:laudabūt partem eorum.
Propterea in terra ſua duplicia
poſſidebūt: leticia ſempiterna erit
eis.
Quia ego dn̄s diligēs iudiciū:et
odio habēs rapinā in holocauſtū.
Et dabo opus eoꝝ in veritate:et
fedus perpetuū feriam eis.
Et ſcietur in gētibus ſemen eoꝝ:
et germen eoꝝ in medio populoꝝ.
Omnes eniꝫ qui viderint eos co-
gnoſcēt illos: quia iſti ſunt ſemen
cui benedixit dominus. Aliud.
Fulgebūt iuſti: ꝛ tanqꝫ ſcin-
tille in arūdineto diſcurrēt.
Iudicabunt nationes et domina
buntur populis:ꝛ regnabit domi-
nus illorum in perpetuum.
Qui confidunt in domino intelli
gent veritatem: et fideles in dile-
ctione acquieſcent illi.
Qm̄ donum ꝛ pax:eſt electis dei.
Reddet deus mer- Aliud.
cedem laboꝝ ſctōꝝ ſuoꝝ: et
deducet illos in via mirabili.
Et fuit illis in velamento diei:ꝛ
in luce ſtellarum nocte.
Tranſtulit illos mare rubrum:et
tranſuexit illos per aquā nimiam.
Inimicos autem illorū demerſit
in mare: ꝛ ab altitudine inferorum
eduxit illos.
Ideo iuſti tulerūt ſpolia īpioꝝ:et
decātauerūt dn̄e nomen ſctm̄ tuū.
Et victricem manū tuā laudaue
runt pariter:dn̄e deus nr̄.

¶ Cantica de vno martyre vel cōfeſſore.

Beatus vir qui in ſa
piētia morabitur:
et q̄ in iuſticia me-
ditabitur:et in ſen-
ſu cogitabit circū-
ſpectionem dei.
Cibabit illum pane vite et intel-
lectus: et aqua ſapientie ſalutaris
potabit illum.
Et firmabiř in illo ꝛ non flecteř:
et continebit illū et nō ꝯfundetur:
et exaltabit illū apd̄ ꝓximos ſuos.
Et nomine eterno hereditabit il
lum: dominꝰ deus noſter. Aliud.
Benedictꝰ vir qui cōfidit in
dn̄o:ꝛ erit dn̄s fiducia eiꝰ.
Et erit tanqꝫ lignū qd̄ plātatū eſt
ſecus decurſus aquaꝝ: qd̄ ad hu-
morem mittit radices ſuas: et non

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK gefördert durch Baden-Württemberg

timebit cum venerit eſtus.

E t erit foliū eius viride: ⁊ in tpe ſiccitatis nō erit ſollicitu3: nec aliqñ deſinet facere fructum. Aliud.

B Eatus vir qui inuentus eſt ſine macula: ⁊ qui poſt aurum non abijt: nec ſperauit in pecunie theſauris.

Q uis eſt hic et laudabimus eum: fecit enim mirabilia in vita ſua.

Q ui ꝓbat⁹ eſt in illo ⁊ perfectus inuentus eſt: ⁊ erit illi gl'ia eterna.

Q ui potuit trāſgredi ⁊ nō eſt trāſgreſſus: facere mala et non fecit.

I deo ſtabilita ſunt bona illius in domino: ⁊ elemoſynas illius enarrabit omnis eccleſia ſanctorum.

Cātica de ſancta maria preter purificationem/ necnō de ceteris virginibus et matronis.

A Udite me diuini fructus: et quaſi roſa plātata ſup riuos aquaꝝ fructificate.

Q uaſi liban⁹: odorē ſuauitat' habete.

F lorete flores quaſi lilium. date odorem et frondete in gratiam: et collaudate canticum: et benedicite dominum in operibus ſuis.

D ate noī eius magnificētiā: ⁊ cōfitemini illi in voce labiorū vroꝝ.

I n canticis labioꝝ ⁊ cytharis: ⁊ ſic dicetis in cōfeſſione opera dñi vniuerſa bona valde. Aliud.

G Audens gaudebo in domino: et exultabit anima mea in deo meo.

Q uia induit me veſtimento ſalutis: et indumento iuſticie circundedit me.

Q uaſi ſponſum decoratum corona: et quaſi ſponſam ornatam monilibus ſuis.

S icut enim terra profert germen ſuum: ⁊ ſicut ortus ſemen ſuū germinat: ſic dominus deus germinabit iuſticiam et laudem coram vniuerſis gentibus.

P ropter ſyō nō tacebo: et ꝓpter hierl'm non quieſcam: donec egrediatur vt ſplēdor iuſtus eius. ⁊ ſaluator eius vt lampas accēdatur.

E t videbunt gētes iuſtū tuum: et cuncti reges inclytum tuum.

E t vocabitur tibi nomen nouu3: quod os domini nominauit.

E t eris corona gl'ie in manu dñi: et dyadema regni in manu dei tui.

N On vocaberis vltra derelicta: ⁊ terra tua nō vocabit' ampli⁹ deſolata. Aliud cāticū.

S ed vocaberis voluntas mea in ea: ⁊ terra tua inhabitabitur.

Q uia complacuit domino in te: ⁊ terra tua inhabitabitur.

H abitabit enim iuuenis cū virgine: et habitabunt in te filij tui.

E t gaudebit ſpōſus ſup ſpōſam: et gaudebit ſuper te deus tuus.

S uper muros tuos hieruſalē conſtitui cuſtodes: tota die ⁊ tota nocte in perpetuū non tacebunt.

Q ui reminiſcimini dñi ne taceatis: ⁊ ne detis ſilentiū ei: donec ſtabiliat ⁊ donec ponat hierl'm laudē in terra. In dedicatione eccl'ie. Cāticū. L etat⁹ ſu3. Aliud. N iſi dñs edificā. Aliud. L auda hierl'3. In duab⁹ feſti. ſctē crucis Cāticū. D ñe audiui. Aliud. P ro iniquitate. Aliud. E greſſus es.

¶ Incipit liber hymnorum. Sequens hymnus dicitur ad nocturnos in die ſancte trinitatis. Et ab ipſo die/omnibus diebus dñicis et feriatis vſqȝ ad natale domini. Et ab octauis epyphanie vſqȝ ad dominicam in paſſione. Hymnus.

Eterne rerum conditor. noctem diemqȝ qui regis: et temporum das tempora. vt alleues faſtidium.
Preco diei iam ſonat. noctis profunde peruigil: nocturna lux viantibus. a nocte noctem ſegregans.
Hoc excitatus lucifer. ſoluit polū caligine: hoc omnis errorum chorus. viam nocendi deſerit.
Hoc nauta vires colligit. pontiqȝ miteſcunt freta: hoc ipſa petra eccleſie. canente culpam diluit.
Surgamus ergo ſtrenue. gallus iacētes excitat: et ſomnolētos increpat. gallus negantem arguit.
Gallo canēte ſpes redit. egris ſalus refunditur: mucro latronis cōditur. lapſis fides reuertitur.
Ieſu pauentes reſpice. et nos vidēdo corrige: ſi reſpicis lapſus cadunt. fletuqȝ culpa ſoluitur.
Tu lux refulge ſenſibus. mētiſqȝ ſomnū diſcute: te noſtra vox primū ſonet. et ora ſoluamus tibi.
Gloria tibi domine. gloria vnigenito: vna cū ſancto ſpiritu. in ſempiterna ſecula. Amen.

¶ Eiſdē diebus in laudib9. Hy9.

Splēdor paterne glorie: de luce lucem pferens: lux lucis et fons luminis. dies diem illuminans.
Veruſqȝ ſol illabere. micans nitore perpeti: iubarqȝ ſcti ſpūs. infunde noſtris ſenſibus.
Votis vocemus et patrē. patrem perennis glorie: patrem potentis gratie. culpam releget lubricam.
Informet actus ſtrenuos. dētem retūdat inuidi: caſus ſecūdet aſperos. donet gerendi gratiam.
Mentem gubernet et regat. caſto fideli corpe: fides calore ferueat. fraudis venena neſciat.
Chriſtuſqȝ nobis ſit cib9. potuſqȝ noſter ſit fides: leti bibam9 ſobriā. ebrietatem ſpiritus.
Letus dies hic trāſeat. pudor ſit vt diluculū: fides velut meridies. crepuſculum mens neſciat.
Aurora curſus prouehat. aurora totus pdeat: in patre totus filius. et totus in verbo pater.
Gloria tibi domine.

¶ Ad primā omni tēpore. Hy9.

Iam lucis orto ſydere. deum precemur ſupplices: vt in diurnis actibus. nos ſeruet a nocentibus.
Linguam refrenās temperet. ne litis horror inſonet: viſum fouēdo contegat. ne vanitates hauriat.
Sint pura cordis intima. abſiſtat et vecordia: carnis terat ſuperbiā. potus cibiqȝ parcitas.
Vt cū dies abſceſſerit. noctemqȝ ſors reduxerit: mūdi per abſtinentiam: ipſi canamus gloriam.
Deo patri ſit gloria. eiuſqȝ ſoli filio: cum ſpiritu paraclyto. et nunc et in perpetuum. Amen.

¶ Ad tertiã dñicis ⁊ alijs dieb⁹: q̃b⁹ ꝓprij hymni deputati nõ ſunt.

Nunc ſctẽ nobis ſpũs: vnus pr̃is cũ filio: dignare promptus ingeri: nr̃o refuſus pectori.

Os lingua mens ſenſus vigor: cõfeſſionẽ perſonent: flãmaſcat igne charitas: accẽdat ardor ꝓximos.

Preſta pater piiſſime: patriq̃ cõpar vnice: cum ſpiritu paraclyto: regnans per omne ſeculũ. Amen.

¶ Ad ſextam omni tẽpore. Hy⁹.

Rector potẽs verax deus: q̃ tẽperas rex vices: ſplẽdore mane inſtruis: ⁊ ignib⁹ meridiem.

Extingue flãmas litiũ: aufer calorem noxiũ: cõfer ſalutem corporum: veramq̃ pacem cordium.

Preſta pater piiſſime.

¶ Ad nonam omni tẽpore. Hy⁹.

Rerum de⁹ tenax vigor: immotus in te ꝑmanens: lucis diurne tp̃a: ſucceſſib⁹ determinãs.

Largire clarum veſpere: quo vita nuſq̃ decidat: ſed premium mortis ſacre: perennis inſtet gloria.

Preſta pr̃ piiſſime. ¶ Ad veſperas dnicis et priuatis dieb⁹: q̃bus proprij hymni deputati non ſunt.

Deus creator oĩm: poliq̃ rector veſtiens: diem decoro lumine: noctem ſoporis gratia.

Artus ſolutos vt quies: reddat laboris vſui: menteſq̃ feſſas alleuet: luctuſq̃ ſoluat anxios.

Grates peracto iam die: ⁊ noctis exortu preces: voti reos vt adiuues: hymnũ canentes ſoluimus.

Te cordis ima concinant: te vox canora cõcrepet: te diligat caſtus amor: te mens adoret ſobria.

Et cum profunda clauſerit: diem caligo noctiũ: fides tenebras neſciat: et nox fide relucẽat.

Dormire mẽtem ne ſinas: dormire culpa nouerit: caſtis fides refrigerãs: ſomni vaporem temperet.

Exuta ſenſu lubrico: te cordis alta ſomnient: ne hoſtis inuidi dolo: pauor quietos ſuſcitet.

Chriſtũ rogemus ⁊ patrẽ: chriſti patriſq̃ ſpm̃: vnus potẽs per oĩa: foue precantes trinitas. Amen.

¶ Ad ꝯpletorium dñicis diebus et feſtis .xij. lectio. exceptis q̃bus proprij hymni deputati ſunt.

Chriſte qui lux es ⁊ dies: noctis tenebras detegis: luciſq̃ lumen crederis: lumen beatũ predicans.

Precamur ſancte domine: defende nos in hac nocte: ſit nobis in te requies: quietam noctem tribue.

Ne grauis ſomnus irruat: nec hoſtis nos ſurripiat: nec caro illi conſentiens: nos tibi reos ſtatuat.

Oculi ſomnũ capiãt: cor ad te ſemper vigilet: dextera tua protegat: famulos qui te diligunt.

Defenſor noſter aſpice: inſidiantes reprime: guberna tuos famulos: quos ſanguine mercatus es.

Memento noſtri domine: in graui iſto corpore: qui es defenſor anime: adeſto nobis domine.

Preſta pr̃ piiſſime: patriq̃ cõpar vnice: cum ſpũ paraclyto: regnãs per omne ſeculum. Amen.

¶ Ad cõpletoriũ priuatis dieb⁹: q̃b⁹ ꝓprij hymni deputati nõ ſunt.

Te lucis ante terminũ: rerũ creator poſcimus: vt ſolita

clemētia. ſis preſul ad cuſtodiam.
Procul recedāt ſomnia. et noctiū fantaſmata: hoſtem nostrū comprime. ne polluantur corpora.
Preſta pr piiſſime. per ieſum chriſtum dn̄m: qui tecū in perpetuum. regnat cū ſancto ſpiritu. Amen.
¶ Ad cōpletoriū per totū aduentum: exceptis feſtis ſanctorum. Hy⁹
Quem terra pōth⁹ et ethra. colunt adorāt predicant: trinam regētem machinam. clauſtrum marie baiulat.
Cui luna ſol et ſydera. deſeruiunt per tēpora: perfuſa celi gratia. geſtant puelle viſcera.
Btā mater munere. cuius ſupernus artifex: mūdum pugillo continens. vētris ſub archa clauſus eſt.
Beata celi nūcio. fecunda ſancto ſpiritu: deſideratus gentib⁹. cuius per aluum fuſus eſt.
Laus honor virtus gloria. deo patri et filio: ſancto ſimul paraclyto. in ſempiterna ſecula. Amen.
¶ Eodem tēpore ad tertiam: exceptis etiam feſtis ſanctorum. Hy⁹.
Conditor alme ſyderum. eterna lux credentiū: chriſte redēptor oīm. exaudi p̄ces ſupplicū.
Qui condolens hoībus. mortis ſubiectis legibus: factus homo reſtituis. vitā in tuo ſanguine.
Vergente mūdi veſpere. vti ſponſus de thalamo: egreſſus honeſtiſſima. virginis matris clauſula.
Cuius forti potentie. genu flectatur omniū: celeſtium terreſtrium. necnon et infernalium.
Te deprecamur agie. venture iudex ſeculi: conſerua nos in tēpore. quo diu ſumus aduene.
Laus honor virtus gloria. deo patri et filio: ſancto ſimul paraclyto. in ſempiterna ſecula. Amen.
¶ In natitate dn̄i ad vtraſq veſp. noctur. et laud. vſq ad epyphaniā: preter feſta ſanctorum. Hymnus.
Intende qui regis iſrael. ſuper cherubin qui ſedes: appare effrem corā excita. potētiam tuam et veni.
Veni redēptor gentium. oſtende partum virginis: miretur omne ſeculum. talis decet partus deum.
Non ex virili ſemine. ſed myſtico ſpiramine: verbum dei factum eſt caro. fructuſq ventris floruit.
Aluus tumeſcit v̄ginis. clauſtrū pudoris permanet: vexilla v̄tutū micāt. verſat in tēplo de⁹. Diuiſio
Procedit e thalamo ſuo: pudoris aula regia: gemine gygas ſubſtātie. alacris vt currat viam.
Egreſſus eius a patre. regreſſus eius ad patrem: excurſus vſq ad inferos. recurſus ad ſedem dei.
Equalis eterno patri. carnis ſtrophio cingere: infirma noſtri corporis. virtute firmans perpeti.
Preſepe iam fulget tuū. lumenq nox ſpirat nouum: quod nulla nox interpollet. fideq iugi luceat.
Gl'ia tibi dn̄e. gl'ia vnigenito: vna cū ſctō ſpū. in ſēpiterna ſcl'a. Amē.
¶ Ad cōpleto. vſq ad octa. epy. incluſiue/etiā in feſtis ſctōrum. Hy⁹
Enixa eſt puerpera. quē gabriel predixerat: quem matris aluo geſtiens. clauſus iohannes ſenſerat.

Feno iacere pertulit. preſepe nō abhorruit: paruoq̧ lacte paſt⁹ eſt. per quem nec ales eſurit.
Gaudet chorus celeſtium. et angeli canunt deo: palamq̧ fit paſtoribus. paſtor creator omnium.
Memēto ſalutis auctor. q̄ noſtri quondā corporis: ex illibata virgine. naſcēdo formā ſumpſeris.
Gloria tibi dn̄e. qui natus es de virgine. ꝛc. ¶ Eiſdē dieb⁹ ad terciam, etiam in feſtis ſctōꝝ. Hy⁹.
A Solis ort⁹ cardine. aduſq̧ terre limitem: chriſtū canamus principē. natū maria virgine.
Beatus auctor ſeculi. ſeruile corpus induit: vt carne carnem liberans. ne perderet quos condidit.
Caſte parētis viſcera. celeſtis intrat gratia: venter puelle baiulat. ſecreta que non nouerat.
Domus pudici pectoris. tēplum repente fit dei: intacta neſciens virum. verbo concepit filium.
Gloria tibi dn̄e. qui natus es de virgine: cuꝫ patre ꝛ ſancto ſpiritu. in ſempiterna ſecula. Amen.
¶ In epypha. dn̄i, et ꝑ totaꝫ octa. Ad veſperas et laudes totus hy⁹
Illuminans altiſſimus. micātiū aſtroꝝ globos: pax vita lumē veritas. ieſu faue p̄cātib⁹.
Seu myſtico baptiſmate. fluenta iordanis retro: cōuerſa quondam tertio. preſenti ſacraris die.
Seu ſtella partum virginis. celo micans ſignaueris: ꝛ hac adoratū die. preſepe magos duxeris.
Uel idrijs plenis aque. vini ſaporem infuderis: hauſit miniſter conſcius. quod ipſe non impleuerat.
Aquas colorari videns. inebriare flumina: mutata elementa ſtupent. tranſire in vſus alteros.
Sic q̄nq̧ milibus viris. dū quiq̧ panes diuidis: edentium ſub dentibus. in ore creſcebat cibus.
Multiplicabitur magis. diſpēdio panis ſuo: quis hec videns mirabitur. iuges meatus fontium.
Inter manus frangētium. panis rigatur profluus: intacta que non fregerāt. fragmēta ſubrepūt viri.
Gloria tibi dn̄e. gl'ia vnigenito. Ad noctur. Hy⁹. Intēde q̄ regis. vſq̧ ad diuiſionē. ¶ In. xl. Ad cōpleto. vſq̧ ad ſabbatū āte dn̄icā in paſſiōe: exceptis feſtis. xij. lc. hy⁹.
Summi largitor p̄mij. ſpes vna mūdi ꝑditi: p̄ces intende paupeꝝ. ad pedes tuos flētiū.
Noſtra nos cōſcientia. culpis accuſat grauibus: quā emūdes ſupplicamus. ab oībus piaculis.
Si renuis q̄s tribuet. indulge q̄a mitis es: ſi corde rogam⁹ pio. certe debes ex promiſſo.
Ergo accepta myſticū. quod ſacraſti ieiuniū: vti digne paſchalia. capiamus ſacramenta.
Sūma nobis hoc cōferat. in deitate trinitas: in qua gloriat̄ vnus per cuncta ſecula deus. Amen.
¶ Eodem tēpore ad tertiā. Hy⁹.
Audi benigne ꝯditor. nr̄as preces cū fletib⁹: in hoc ſacro ieiunio. fuſas quadragenario.
Scrutator alme cordiuꝫ. infirma tu ſcis virium: ad te reuerſis exhibe. remiſſionis gratiam.
Multū quidem peccauimus. ſed parce cōfitentibus: ad laudem tui

nois/confer medelam languidis.
Sic corpus extra cteri.dona per abſtinentiam:ieiunet vt mens ſobria.ab omni labe criminum.
Preſta beata trinitas.ꝯcede ſimplex vnitas:vt fructuoſa ſint tuis. ieiunioꝝ munera.Amen. ¶ Hy⁹ ad veſpas.noct.et laud.a dñica in paſſiōe vſqꝫ ad paſcha:ꝑter dñicā in ramiſpalmarum ꝛ feſta ſanctoꝝ.
Hymnū dicam⁹ domino.laudes deo cum cantico:q̄ nos crucis patibulo.ſuo redemit ſanguine.
Die decurſo ad veſperum.quo chriſtus morti traditur:ad cenam venit ipius.q̄ erat chriſto ꝓditor.
Ieſus futura nūciat.cenantibus diſcipulis:vnus ex diſcūbētibus. ipſe me traditurus eſt.
Iudas mercator peſſimus.oſculo petit dñm:ille vt agn⁹ innocēs. non negat iude oſculum. Diuiſio.
Denarioꝝ numero.chriſtus iudeis traditur:innocēs ꝛ innoxius.quē iudas tradit ipius.
Preſes pylatus proclamat.nullam culpaꝫ inuenio:ablutis aqua manibus.chriſtū iudeis tradidit.
Fallaces iudei impij.latronē petunt viuere:chriſtum accuſant grauiter.crucifigatur reus eſt.
Et barrabas dimittit.qui reus mortis fuerat:vita mundi ſuſpenditur.per quem reſurgunt mortui.
Gloria tibi dñe. ¶ Eodem tempore ad completorium. Hymnus
Crux fidelis iter oēs/arbor vna nobilis:nulla ſilua talem profert/fronde flore germine: dulce lignum dulces clauos/dulce pondus ſuſtinens.
Flecte ramos arbor alta/tenſa laxa viſcera:ꝛ rigor lēteſcat ille/quē dedit natiuitas:vt ſuperni mēbra regis/miti tendas ſtipite.
Sola digna tu fuiſti/ferre ſecli p̄cium:atqꝫ portum preparare/nauta mūdo naufrago:quē ſacer cruor perunxit/fuſus agni corpore.
Gloria et honor deo/vſqꝫquo altiſſimo:vna pr̄i filioqꝫ/inclyto paraclyto:cui laus eſt ꝛ poteſtas/per eterna ſecl̄a.Amē. ¶ Ad.iij.vſqꝫ in p̄is.hy⁹.
Vexilla regis prodeūt.fulget crucis myſterium:quo carne carnis conditor.ſuſpenſus eſt patibulo.
Quo vulneratus inſuper,mucrone dire lācee:vt nos lauaret crimine.manauit vnda ſanguine.
Arbor decora fulgida.ornata regis purpura:electa digno ſtipite. tam ſancta membra tangere.
Beata cui⁹ brachijs.ſecli pependit preciū:ſtatera facta corporis. predamqꝫ tulit tartari.
O crux aue ſpes vnica.o redemptorum gloria:auge pijs iuſticiā. reiſqꝫ dona veniam.
Te ſumma deus trinitas.collaudet omnis ſpiritus:quos per crucis myſterium.ſaluas rege per ſecula.Am̄. ¶ Dñica in palmis ad veſpas:nocturnos ꝛ laudes. Hy⁹
Magnum ſalutis gaudium. letetur omne ſeculuꝫ:ieſus redemptor gētium.ſanauit orbem languidum.
Sex ante paſche ferias,aduenit in bethaniam:vbi pie poſt triduū. reſuſcitauit lazarum.

Nardi maria piſtici.ſumpſit librā mox optimi: vnxit beatos dñi.pedes rigando lachꝛymis.

Poſt hec iugalis aſine.ieſus ſupernus arbiter: pullo ſedebat inclytam.pergebat hieroſolymam.

O q̄ ſtupēda pietas.mira dei clementia: ſeſſoꝛ aſelli fieri: dignatur auctoꝛ ſeculi.

Olim ꝓpheta preſcius.predixit almo ſpū: exulta dicēs filia.ſyon ſatis et iubila.

Rex ecce tuus humilis.noli timere veniet: pullo iugalis preſidens. tibi benignus patiens. Diuiſio.

Ramos virentes ſumpſerat. palma reciſos tenera: turba ꝓceſſit obuiā.regi perenni plurima.

Cetus ſequens et preuius. ſanctoq; plenus ſpiritu: clamabat in altiſſimis.oſanna dauid filio.

Quidam ſolutis ſtrophijs. viam tegebāt veſtib⁹: pluresq; floꝛe candido.iter parabant domino.

Ad cuius oīs ciuitas.cōmota ingreſſum tremuit: hebrea proles aurea.laudes ferebat debitas.

Nos ergo tāto iudici. curramus oēs obuiam: palmas gerētes gloriam.mente canamus ſobꝛia.

Honoꝛ decus imperiū.ſit trinitati vnice: patri nato paraclyto.per infinita ſcl'a. Amē. ¶ Ad tertiam per totam ebdomadam. Hymnus

Iam ſurgit hoꝛa tertia. qua chꝛiſtus aſcēdit crucem: nil inſolens mens cogitet.intēdat affectum precis.

Qui coꝛde chꝛiſtum ſuſcipit.innoxium ſenſum gerit: votiſq; preſtat ſedulis.ſanctum mereri ſpiritum.

Hec hoꝛa que finē dedit.diro veterno crimini: moꝛtiſq; regnum diluit.culpamq; ab euo ſuſtulit.

Hinc iam beata tempoꝛa. chꝛiſti cepere gratiam: fide repleuit veritas.totum per oꝛbem eccleſias.

Celſo triumphi vertice.matri loquebatur ſue: en filius mater tuus. apoſtole en mater tua.

Pretenta nupte federa. alto docens myſterio: ne virginis partus ſacer.matris pudoꝛem lederet.

Cui fidē celeſtibus. ieſus dedit miraculis: nec credidit plebs impia.qui credidit ſaluus erit.

Nos credim⁹ natum deū.partūq; virginis ſacre: pctā qui mundi tulit.ad dexterā ſedens patris.

Glia tibi dñe.gloria vnigenito.

¶ In paſcha vſq; ad aſcenſionem dñi: preter feſta ſctoꝝ. Ad veſpas nocturnos ⁊ laudes. Hymnus.

Hic eſt dies ver⁹ dei. ſctō ſerenus lumine: quo diluit ſanguis ſacer.ꝓbꝛoſa mūdi crimina.

Fidem refundēs ꝑditis. cecoſq; viſu illuminans: quem non graui ſoluit metu.latronis abſolutio.

Qui premiū mutans cruce: ieſum breui queſiuit fide: iuſtoſq; preuio gradu.preuenit in regnum dei.

Opus ſtupēt et angeli.penam videntes coꝛpoꝛis: chꝛiſtoq; adherentem reum.vitam btām carpere.

Myſteriū mirabile. Diuiſio. vt abluat mundi luem: peccata tollat omnium. carnis vicia mundans caro.

Quid hoc poteſt ſublimi⁹. vt culpa querat grām: metūq; ſoluat charitas.reddatq; moꝛs vitā nouam.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK gefördert durch Baden-Württemberg

Hamum ſibi mors deuoret. ſuiſq̧ ſe nodis liget: moriatur vita oīm. reſurgat vita omnium.
Cū mors per oēs trāſeat. oēs reſurgāt mortui: ꝯſumpta mors ictu ſuo. periſſe ſe ſolam gemat.
Glia tibi dn̄e. gloria vnigenito.
¶ Ad cōpletorium vſq̧ ad aſcenſionem dn̄i: preter feſtū ſctē crucis et annunciationis btē marie. Hy9
Ad cenā agni prouidi. ⁊ ſtolis albis cādidi: poſt trāſitum maris rubri. chriſto canamus principi.
Cuius corpus ſanctiſſimū. in ara crucis torriduz: cruore eius roſeo. guſtando viuimus deo.
Protecti paſche veſpere. a deuaſtante angelo: erepti de duriſſimo. pharaonis imperio.
Iam paſcha noſtruz chriſtus eſt. qui immolatus agnus eſt: ſinceritatis azima. caro eius oblata eſt.
O vere digna hoſtia. per quā fracta ſunt tartara: redēpta plebs captiuata. reddita vite premia.
Cōſurgit chriſtus tumulo. victor redit de baratro: tyrannū trudens vinculo. et reſerans paradyſum.
Queſumus auctor oīm. in hoc paſchali gaudio: ab omni mortis impetu. tuum defende populum.
Gloria tibi domine. qui ſurrexiſti a mortuis: cum patre ⁊ ſancto ſpiritu. in ſempiterna ſecula. Amen.
¶ Ad tertiam et per octauas paſche et dominicis diebus et feſtis duarum miſſarum vſq̧ ad aſcenſionē: preter feſtū ſancte crucis/et annūciationis btē marie. Hy9.
Ad Horus noue hieruſalē. nouam meli dulcedinē: ꝓmat colēs cū ſobrijs/paſchale feſtū gaudijs.
Quo chriſtus inuictus leo. dracone ſurgēs obruto: dum voce viua perſonat. a morte functos excitat.
Quā deuorarat improbus. predā refudit tartar9: captiuitate libera. ieſum ſequuntur agmina.
Triumphat ille ſplendide. et dignus amplitudine: ſoli poliq̧ patriam. vnam facit rempublicam.
Ipſum canēdo ſupplices. regem precemur milites: vt in ſuo clariſſimo. nos ordinet palatio.
Per ſecla mete neſcia. patri ſupremo glia: honorq̧ ſit cum filio. ⁊ ſpū paclyto. Amē. ¶ In aſcēſiōe dn̄i vſq̧ ad pētheco. ad vſ. nock. ⁊ lau.
Optatus votis oīm. Hy9. ſacrat9 illuxit dies: quo chriſtus mundi ſpes deus. conſcendit celos arduos.
Aſcēdens in altum dn̄s. ꝓpriam ſedem remeās: gauiſa ſunt celi regna. reditu vnigeniti.
Magni triumphum prelij. mundi perempto pricipe: patris pſentans vultibus. victricis carnis gloriā.
Et eleuat9 nubibus. ⁊ ſpem fecit credētib9: aperiēs paradiſum. quē prothoplaſtus clauſerat. Diuiſio.
O Grande cunctis gaudium. quod partus noſtre v̄ginis: poſt ſputa flagra poſt crucem. paterne ſedi iungitur.
Agamus ergo gratias. noſtre ſalutis vindici: noſtrū quod corpus vexerit. ſublimem ad celi regiam.
Sit nobis cum celeſtibus. cōmune manens gaudium: illis quod ſe

preſentauit.nobis quod ſe nō abſtulit.

Nunc prouocatis actibus.chriſtū expectare nos decet: vitaqꝫ tali viuere.que poſſit celos ſcādere.

Gloria tibi domine.

Ad cōpletoriū vſqꝫ ad penthecoſten/etiam in feſtis ſctōꝝ. Hy⁹.

IEſu noſtra redemptio.amor et deſideriū:de⁹ creator omnium.homo in fine temporum.

Que te vicit clementia.vt ferres noſtra crimina: crudelem mortem patiens.vt nos a morte ſolueres.

Inferni clauſtra penetrans.tuos captiuos redimens: victor triumpho nobili.ad dexteram patris reſidens.

Ipſa te cogat pietas.vt mala noſtra ſuperes: parcendo ⁊ voti compotes.nos tuo vultu ſaties.

Tu eſto noſtrū gaudiū.qui es futurus premium: ſit noſtra in te gloria.per cuncta ſemꝑ ſecula.Amen.

Eodem tempore ad tertiam/et in feſtis ſanctorum. Hymnus.

ETerne rex altiſſime.redemptor et fideliū:quo mors ſoluta deperit.datur triūph⁹ gratie.

Scādens tribunal glorie.patris locaris dextera: et poteſtatem accipis.perfectam ſuper omnia.

Ut trina rerum machina.celeſtiū terreſtrium: et infernorum genua.flectat in ieſu nomine.

Tremunt videntes angeli.verſa vice mortaliū: culpat caro purgat caro.regnat deus dei caro.

Hinc te precātes q̄ſum⁹.ignoſce culpis oībus: et corda ſurſum eleua.tua ſuperna gratia.

Gloria tibi domine.qui ſcādis ſupra ſydera:cuꝫ patre ⁊ ſctō ſpiritu.in ſempiterna ſecula.Amen.

In pēthecoſte ad veſperas nocturnos/et laudes. Hymnus.

IAm chriſtus aſtra aſcenderat.regreſſus vnde venerat: promiſſum patris munere.ſanctuꝫ daturus ſpiritum.

Solennis ſurgebat dies.quo myſtico ſeptemplici: orbis volut⁹ ſepties.ſignat beata tempora.

Cum hora cunctis tertia.repente mundus intonat:apoſtolis oranti bus.deum veniſſe nuncians.

De patris ergo lumine.decorus ⁊ ignis almus eſt:qui fida chriſti pectora.calore Verbi ꝯpleat. Diuiſio.

IMpleta gaudent viſcera.afflata ſctō lumine: voces diuerſe ꝯſonāt.fantur dei magnalia.

Ex omni gēte cogitur.grecus latinus barbarus:cūctiſqꝫ admirantibus.linguis loquuntur oīm.

Iudea tunc incredula.veſana turba ſpiritu:ructare muſti crapulam.alumnos chriſti concrepat.

Sed ſignis ⁊ virtutibus.occurrit et docet petrus: falſa profari perfidos.iohele teſte comprobans.

Gloria tibi domine. Ad completorium vſqꝫ ad ſabbatū ante trinitatem:etiā in feſtis ſctōꝝ. Hy⁹.

BEata nobis gaudia.anni reduxit orbita:quo ſpūs paraclytus.effulſit in diſcipulos.

Ignis vibrante lumine.lingue figurā detulit: verbis vt eſſent profluui.et charitate feruidi.

Linguis loquūtur oīm.turbe pauent gentilium:muſto madere de=

putant.quos ſpiritus repleuerat.

Patrata ſunt hec myſtica.paſche peracto tempore: ſacro dierum numero.quo lege fit remiſſio.

Te nūc deus pijſſime.corde precamur ſupplici: illapſa nobis celitus.largire dona ſpiritus.

Dudum ſacrata pectora.tua repleſti gratia: dimitte nūc peccamina.et da quieta tempora.

Sit laus patri cū filio.ſancto ſimul paraclyto:nobiſq; mittat fili⁹. cariſma ſancti ſpiritus. Amen.

Ad tertiā eiſdē diebus. Hy⁹.

Veni creator ſpiritus.mentes tuorū viſita: imple ſuperna grā.que tu creaſti pectora.

Qui paraclytus diceris.donum dei altiſſimi:fons viuus ignis charitas.et ſpiritalis vnctio.

Tu ſeptiformis munere.dextre dei tu digitus: tu rite ꝓmiſſus patris.ſermone ditans guttura.

Accende lumen ſenſibus.infunde amorem cordib⁹:infirma noſtri corporis.virtute firmans perpeti.

Hoſtem repellas lōgius.pacēq; dones ꝓtinus:ductore ſic te ꝑuio. vitemus omne noxium.

Per te ſciamus da patrem.noſcamus atq; filium:te vtriuſq; ſpiritū. credamus omni tempore.

Sit laus patri cum filio.ſancto ſimul paraclyto:nobiſq; mittat fili⁹. cariſma ſancti ſpiritus. Amen.

In feſto corpis chriſti ad vtraſq; veſperas et per octauas. Hy⁹.

Pange lingua glorioſi/corporis myſteriū.ſanguiniſq; precioſi/quem in mundi precium: fructus ventris generoſi/rex effudit gentium.

Nobis datus nobis natus/ex intacta virgine.et in mundo cōuerſatus/ſparſo verbi ſemine:ſui moras incolatus/miro clauſit ordine.

In ſupreme nocte cene/recūbēs cum fratribus.obſeruata lege plene/cibis in legalibus:cibum turbe duodene/ſe dat ſuis manibus.

Verbum caro panem verum/verbo carnē efficit.fitq; ſanguis chriſti merum/et ſi ſenſus deficit:ad firmandum cor ſincerum/ſola fides ſufficit.

Tantum ergo ſacramentum/veneremur cernui.et antiquum documentum/nouo cedat ritui:preſtet fides ſupplementum/ſenſuum defectui.

Genitori genitoq;/laus et iubilatio.ſalus honor virtus quoq;/ſit et benedictio:pcedenti ab vtroq;/compar ſit laudatio. Amen.

In eodem feſto et per octauas quotidie:etiā i feſtis ad ꝯpletoriū.

Chriſtus lux indeficiens. Hy⁹. cibat nos carne dulciter:⁊ potat nos reficiēs.ſuo ſanguine pariter.

Vera caro quam ſumimus.quam aſſumpſit ex virgine: verus ſanguis quem bibimus.quem effudit pro homine.

Panis iſte dulcedinis.totus eſt plenus gratie: aluo geſtatus virginis.ſumme deus clementie.

Huius panis angelici.ſaginemur pinguedine:tam ſuauis viatici.delectemur dulcedine.

O celeſte conuiuium.o beatorum gloria:o requies humiliū.duc nos

ad celi gaudia.
Preſta pater per filiuz. preſta per almum ſpm̄: quibus hoc das edulium. felicem dones exitū. Amen.

¶ Ad nocturnos. Hymnus.

Verbum ſupernuz prodiēs. nec patris linquens dexteram: ad opus ſuuz exiens. venit ad vite veſperam.
Venit ad egros medicus. dans ſalutis remedia: venit doctor ſaluificus. alta docens myſteria.
In mortē a diſcipulo. ſuis tradendus emulis: prius in vite ferculo. ſe tradidit diſcipulis.
Quibus ſub bina ſpecie. carnē dedit et ſanguinem: vt duplicis ſubſtantie. totum cibaret hominem.
Uni trinoqꝫ domino. ſit ſempiterna gloria: qui vitam ſine termino. nobis donet in patria. Amen.

¶ In laudibus. Hymnus.

Ita diuinis opibus. nulla res ſic mirabilis: nam nos cibat iſte cibus. manens indiuiſibilis.
Sumunt omnes ꝛ ſinguli. ſempqꝫ tota ſumitur: veritas huius pabuli. quod ſumptum non conſumitur.
Ieſus naſcēs ſe ſociū. cōueſcens in edulium: pendens dedit in precium. ſe regnans dat in premium.
O ſalutaris hoſtia. que celi pādis oſtium: bella premunt hoſtilia. da robur fer auxilium.
Uni trinoqꝫ dn̄o.

¶ Ad tertiam eiſdem diebus etiam in feſtis.

Sacris ſolennijs/iuncta ſint gaudia. ꝛ ex precordijs/ſonent preconia: recedant vetera/noua ſint oīa. corda voces et opera.
Cena recolitur/chriſti nouiſſima. qua ſuis creditur/agnum ꝛ azima: dediſſe fratribus/iuxta legitima. priſcis indulta patribus.
Poſt agnū typicū/expletis epulis. corpus dominicū/datum diſcipulis: ſic totū oībus/quod totū ſingulis. eius fatemur manibus.
Dedit fragilibꝰ/corporis ferculum. dedit ꝛ triſtibus/ſanguis poculum: dicēs accipite/quod trado vaſculum. omnes ex eo bibite.
Sic ſacrificium/iſtud inſtituit. cuius officium/committi voluit: ſolis preſbyteris/quibus ſic ꝯgruit. vt ſumant et dent ceteris.
Panis angelicus/fit panis hominum. dat panis celicꝰ/figuris terminum: o res mirabilis/mādu cat dn̄m. pauper ſeruus et humilis.
Te trina deitas/vnaqꝫ poſcimꝰ. ſicut nos viſitas/ſicut te colimꝰ: ꝑ tuas ſemitas/duc nos quo tendimus. ad lucē quā inhabitas. Am̄.

¶ In vtroqꝫ feſto ſci ſtephani. hyꝰ

Stephani p̄mi martyris. cātemus nouum canticum: qđ dulce ſit pſallentibus. opem ferat credentibus.
Pſallamꝰ hoc diſcipuli. laudem dicamus martyris: qui primꝰ poſt redēptorem. chriſti ſecutus eſt crucem.
Sic eniz per apoſtolū. ꝓbatus in laude dei: vexilla morte rapuit. vt preferretur omnibus. Diuiſio.
O preferenda gloria. o beata victoria: vt meruiſſet ſtephanus. vt ſequeretur dominum.
Ipſe martyr egregiꝰ. amore chriſti predicans: ſancto repletus ſpiritu. vultum gerens angelicum.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg

Ille leuatis oculis. vidit patrem
cū filio:monſtrans in celis viuere.
quem plebs querebat perdere.
Iudei magis ſeuiunt. ſaxis com=
prehēſis manibus:currebāt vt oc=
ciderent.ſacratū chriſti militem.
Ille paratus verticem. gaudens
ſuſcepit lapides: rogās pro eis do
minū. gaudens tradidit ſpiritum.
Gloria tibi domine. ¶ In vtroq̧
feſto ſcti iohānis euāgeliſte. Hy⁹.
Amore chriſti nobilis. ꝛ fi=
lius tonitrui:archana iohā
nes dei.fatu reuelauit ſacro.
Captis ſolebat piſcibus . patris
ſenectam paſcere: turbāte dum na
tat ſalo.immobilis fide ſtetit.
Hamū profundo merſerat. piſca=
tus eſt verbum dei:iactauit vndis
rhetia. vitam leuauit omnium.
Piſcis bonus pia eſt fides.mūdi
ſupernatans ſalum:ſubnixa chriſti
pectore.ſctō locata ſpū. Diuiſio.
In pricipio erat vbū. ꝛ ver=
bum erat apud deū: et deus
erat verbum.hoc erat in principio
apud deum.
Omnia per ipſum facta ſunt. ſed
laude ipſe ſe ſonet:ꝛ laureatus ſpi=
ritu.ſcriptis coronetur ſuis.
Commune multis paſſio.cruorq̧
delictuz lauans: hoc morte preſtat
martyꝝ.quod fecit eſſe martyres.
Uinctus tn̄ ab ipiſs. calente oli=
uo dicit: terſiſſe mūdi puluerē. ſte=
tiſſe victor emuli. Gloria tibi dn̄e.
¶ Agnetis vgis et marty. Hy⁹.
Agnes beate virginis.nata
lis eſt quo ſpiritū: celo reſu
dit debitū.pio ſacrata ſanguine.
Matura martyrio fuit.matura nō
dū nuptijs:nutabat in viris fides.
cedebat et feſſus ſenex.
Metu parentes territi.clauſtrum
pudoris auxerant:ſoluit fores cu=
ſtodie.fides teneri neſcia.
Prodire quis nuptū putet.ſic le=
ta vultu ducit: nouas vero ferens
opes.dotata cēſu ſāguis. Diuiſio.
Aras nephādi numinis.ad=
olere tedis cogitur: reſpon
det haud tales faces.ſūpſere chri=
ſti virgines.
Hic ignis extinguit fidē.hec flā=
ma lumē eripit:hic hic ferite vt ꝓ=
fluo.cruore reſtingam focos.
Percuſſa quā pōpam tulit. nam
veſte ſe totā tegens: curā pudoris
preſtitit.ne quis retectā cerneret.
In morte viuebat pudor. vultūq̧
texerat manu:terrā genu flexo pe=
tit.lapſu verecūdo cadens.
Gloria tibi dn̄e. ¶ In oibus ſolen=
nitatibus btē marie dempta viſita
tione ad veſpas:noct.ꝛ laud. Hy⁹
Miſterium eccleſie.hymnuz
chriſto referimus: quē ge=
nuit puerpera. vbū pr̄is in filiū.
Sola in ſexu femina.electa es in
ſeculo:ꝛ meruiſti dominum.ſancto
portare in vtero.
Uates antiqui tēporis.predixe=
rant quod factū eſt:quia virgo cō=
ciperet.et pareret emmanuel.
Myſterium hoc magnū eſt.marie
quod ꝯceſſum eſt:vt deū per quem
oīa.ex ſe videret ꝓdere. Diuiſio.
Uere gratia plena es.ꝛ glo
rioſa permanes: quia ex te
nobis natus eſt chriſt⁹. per quem
facta ſunt omnia.
Paſtores qui audierūt. gloriam



BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK gefördert durch Baden-Württemberg

deo cātauerūt: cucurrerūt in bethleem. natum videre dn̄m.

Sic magi ab ortu ſolis. per ſtelle indicium: portantes typū gentiū. primi offerunt munera.

Rogemus ergo pp̄li. dei matrem et virginem: vt ipa nobis impetret. pacem et indulgentiā. Gloria tibi dn̄e. etc. Ad cōpletoriū. etiam in feſtis sctōrum p̄terquam ſctē crucis. hy⁹.

Ave maris ſtella. dei mater alma: atque ſemper virgo. felix celi porta.

Sumens illud aue. gabrielis ore: funda nos in pace. mutans nomen eue.

Solue vincla reis. profer lumen cecis: mala noſtra pelle. bona cuncta poſce.

Monſtra te eſſe matrem. ſumat per te precem: qui pro nobis natus. tulit eſſe tuus.

Uirgo ſingularis. inter om̄es mitis: nos culpis ſolutos. mites fac et caſtos.

Uitā preſta purā. iter para tutū: vt vidētes ieſuz. ſemp colletemur.

Sit laus deo p̄ri. ſummo chriſto decus: ſp̄ui ſctō. tribus honor vn⁹. Amē. Ad tertiam. etiā in feſtis ſanctorum preterquam ſctē crucis. Hy⁹.

O Quam glorifica / luce coruſcas. ſtirpis dauitice / regia proles: ſublimis reſidēs / v̄go maria. ſupra celigenas / etheris oēs.

Tu cuz virgineo / mater honore. angelorum dn̄o / pectoris aulā: ſacris viſcerib⁹ / caſta paraſti. natus hinc deus eſt / corpore chriſtus.

Quem cunctus venerans / orbis adorat. cui nūc rite genu / flectitur om̄e: a quo te petimus / ſubueniēte. abiectis tenebris / gaudia lucis.

Hoc largire pater / luminis om̄is. natū per ꝓpriuz / flamine ſacro: qui tecū nitida. viuit in ethra. regnans ac moderās / ſecula cuncta. Amen.

De ſancta agatha. Hymnus.

Agathe ſacre v̄ginis. diem feſtum colimus: in quo deuicto tyranno. palmam ſumit martyrij.

Quintianus tyrannus. cōſularis ſicilie: audiens famā virginis. fremere cepit inuidus.

Uiciorum affectibus. mētem vexabat inuidam: vt deo dicatam virginem. rabido ore perimeret.

Statim adſunt miniſtri. eius qui vellēt pādere: religionē ſctiſſimā. quam tenet ab infantia. Diuiſio.

Sisti iubet martyrē. ſuis tribunalibus: et eā ſic alloquitur. vt dijs ceruicem flecteret.

Sed dum nil valet inſania. in mā ma torquet virginem: et teſtas acutiſſimas. igni ſuccenſas adhibet.

Cuius medendis artubus. ſctūs adeſt ap̄lus: qui verbo curat vulnera. que tyrannus inflixerat.

Dehinc ad ſepulcrū veniens. iuuenis ſplēdidiſſimus: mentem ſanctam predicat. patrieque ſalutē plurimam. Gloria tibi dn̄e. In ambabus ſolennitatibus ſctē crucis. ad vtraſque veſpas et ad laud. Hy⁹

Hymnum dicam⁹ dn̄o. laudes deo cum. Aidem refundēs perditis cum ceteris v̄ſiculis integraliter. Ad cōpletoriū hy⁹.

Crux fidelis iter oēs. Ad noctur. Eterna chriſti. integre. Ad. iij. hy⁹.

Vexilla regis. ¶ In natiuitate et in decolla. ſcti iohānis bapti. hy⁹.

Ammi prophete/progenies pia. clarus parente/et nobilior patre: quem mrīs aluus/claudere neſcius. ortus herilis prodidit indicem.

Cum virginalis/regiam gloriaz. ſummi tonantis/noie pignoris: geſtaret aula/nobilis itimo. clauſtruz pudoris/fertilis integro.

Vox ſuſcitauit/miſſa puerpere. fouitq; vatis/gaudia puuli: matres prophetant/munere pignorū. mutus locutus/nomine filij eſt.

Scribendus hic eſt/vocis vt augeat. nr̄e canores/duraq; vincula: diſſoluatoris/larga pphetícis. verborum habenis/littera nominis.

Vox nāq; verbi/vox ſapientie. eſt maior pphetis/et minor angelis: q̄ preparauit/corda fideliū. ſtrauitq; rectas/iuſticie vias. Diuiſio.

Aſſertor equi/nō ope regia. nec morte dura liquere tramitē: veri coactus/non licet ait tibi. vxorē habere/fratris adulterā.

Hinc ira regis/ſeuaq; funera. ſaltationis/munere vendita: menſas tyranni/et virginis ebrius. luxus repleuit/ſanguine ſobrio.

Hec vitricus dat/dona veſanior. q̄ ſi veneni/pocula traderet: negare preſtat q̄ dare vitricū. odiſſe preſtat/plus nocet horum amor.

Gloria tibi pater. gloria vnigenito: cum ſancto ſpiritu. Amen.

¶ In natali apoſtolorum petri et pauli. et octa. Hymnus.

Apoſtolorū paſſio. diem ſacrauit ſeculi: petri triūphū nobilem. pauli coronā preferens.

Coniunxit equales viros. cruor triūphalis necis: deū ſecutos preſules. chriſti coronauit fides.

Primus petrus apl̄s. nec paulus impar gratia: electiōis vas ſacre. petri adequauit fidem. Diuiſio.

Verſo crucis veſtigio. ſymō honorem dans deo: ſuſpenſus aſcendit dati. nō immemor oraculi.

Precinctus vt dictuz eſt ſenex. et eleuatus ab altero: quo nollet iuit ſed volēs. mortem ſubegit aſperā.

Hinc roma celſum verticem. deuotionis extulit: fundata tali ſanguine. et vate tanto nobilis.

Tante per vrbis ambitum. ſtipata tendunt agmina: trinis celebratur vijs. feſtus ſacrorum martyrum.

Prodire quis mūdum putet. concurrere plebem poli: electa gentium caput. ſedes magiſtri gētium.

Gloria tibi domine.

¶ In viſitatione virginis marie ad vtraſq; veſperas: noctur. et laud.

Abſunt feſta iubilea. Hy⁹.

In marie nunc gaudia: tota pſallat eccl'ia. deuota laudū dragmata.

Cuius ſacrata viſcera. dei inuiſit gratia: vt eſſet virgo grauida. thori virilis neſcia.

Hec paranympho dum credit. ſacrum hāc pneuma repleuit: aluus tumeſcit et gerit. verbū pr̄is quod meruit.

Cōfeſtim mōtes adijt. elizabeth ſalutauit: obuijs eā ſuſcipit. vlnis ſtringit et circuit. Diuiſio.

Sacri iungunt vteri. mileſqꝫ
ſui dñi:preſentiam dum per
cipit.hunc exultando ſuſcipit.
Clamat anus cum iubilo . plena
ſancto paraclyto: beata tu in filio.
que credidiſti domino.
Exultat celi regia.et mundialis
machina : abyſſus atqꝫ maria.lau=
dent deum per ſecula.
Prī ſūmo cū filio.ſpūi quoqꝫ ſctō:
ſit ſempiterna gloria.in vnitate ſoli
da. Amen. ¶ De ſctā maria mag=
dalena ad veſꝑ.noc.⁊ lau.hyꝰ totꝰ
Magnū ſalutis gaudiū.letet
omē ſeculū: ieſus redēptor
gentiū.ſanauit orbem languidum.
Sex āte paſche ferias.aduenit in
bethaniam : vbi pie poſt triduum.
reſuſcitauit lazarum.
Nardi maria piſtici.ſumpſit librā
mox optimi:vnxit beatos domini.
pedes rigando lachrymis.
Honor decus imperium.ſit trini=
tati vnice : prī nato paraclyto.per
infinita ſcl'a. Am̄. ¶ De ſctā anna
mr̄e v̄gis glioſe. Ad veſpas. Hyꝰ
Orbis exultās/celebret hoc
feſtū.ꝓſequēs annam matrē
matris chriſti:quam ſacris credit.
actibus adeptam/gaudia vite.
Abrahe proles/ſacerdotū ſemen.
filiaꝫ regū/ſpecimen hebreū:ſtirpē
ſctoꝝ.meritis ⁊ vita/nobilitauit.
Sterili vētre/prius Diuiſio
infecūda.nutu diuino/pepe
rit mariam:dominam rerū.titulum
floremqꝫ/virginitatis.
Hac mediāte/ieſu chriſte nr̄os.ter
ge reatus/noxia propulſans : filie
ſue.tue matris prece/propiciatus.
Donet hoc nobis/pietas pater=
na.ſimul cū nato/ſpūqꝫ ſctō: vt ma
tris anne.precibꝰ iuuemur/tēpus
in omē. Amen. ¶ Ad tertiā. Hyꝰ
Clara diei gaudia. moduli=
zet eccleſia : in anna chriſti
famula.pāgens celi miracula.
Anna regū progenies.et ſacerdo
tum ſeries:ſtirpem illuſtrem patri=
bus.ſuis ornauit actibus.
Nupta dei iudicio.fideli matri=
monio : iuxta verbum angelicum.
fructum concepit celicum.
Infecūda pro tēpore.prope mar=
ceſcens corpore:decreto patris lu
minum.parit reginā virginum.
Obtentu matris filie.marie plene
gratie:nobis auctorem omniū.red
dat anna propicium.
Sit laus paterno numini.ſit filio
ſit flamini:q̄ nos ꝑ anne meritū.ad
celi ducat aditū. ¶ Ad ꝯpletoriū
Lucis huius feſta. Hyꝰ.
colat plebs honeſta:deum
celo dignis.ꝯfrequētans hymnis.
Mater matris chriſti.ex hoc mun
do triſti:migrās fide bona.ſumpſit
vite dona.
Ex hac carnis planta.ſurgit vir=
go ſancta : ex hoc fluit fonte.lapis
ceſus monte.
Celo iam ſublata.mulier btā: ſuo
nos precatu.purget a reatu.
Trino laus et vni.ſit deo cōmu=
ni:in quo viuit anna.ſimul cum ma
ria. Amē. ¶ De ſctō laurētio.hyꝰ
Apoſtoloꝝ ſupparem.laurē
tiū archidiaconē:pari coro
na martyꝝ.romana ſacrauit fides.
Sixtū ſequēs hic martyrē.reſpō=
ſa vatis retulit : merere fili deſine.
ſequeris me poſt triduum.

Nec territus pene metu.heres fu
turus ſanguinis: ſpectauit obtutu
pio.quod ipſe mox perſolueret.
Iam tūc in illo martyre.egit triū=
phū martyris: ſucceſſor equus ſin
graphā.vocis tenēs et ſanguinis.
POſt triduū iuſſus Diuiſio.
tamen.cenſus ſacratos pro
dere: ſpōdet pie nec abnuit.addēs
dolum victorie.
Spectaculū pulcherrimū.egena
cogit agmina:inopeſq monſtrans
predicat.hi ſunt opes eccleſie.
Vere piorum perpetes.inopes pro
fecto ſunt opes: auarus illuſus do
let.flāmas et vltrices parat.
Fugit peruſtus carnifex.ſuiſq ce
dit ignibus: verſate me martyr vo
cat.vorate ſi coctum eſt iubet.
Gloria tibi dñe.rc. ¶ In feſto ſpi=
nee corone. Ad veſpas hy⁹. Hym
num dicamus dño:laudes deo cū.
Fidē refūdēs perditis.cū ceteris
integraliter. Ad ꝯpletorium. hy⁹.
Crux fidelis inter oēs/arbor vna
no. Ad nocturnos hy⁹. Hymnum
dicam⁹ dño. Fidē.cū ceteris vſq
ad diuiſionem. Ad laudes hymn⁹
Myſteriū mirabi. Ad tertiā hy⁹.
Vexilla regis ꝓdeūt. ¶ In feſto
ſancti patris noſtri bernardi abba
tis. Ad vtraſq veſpas. Hymnus.
BErnardus doctor īclytus.
celos cōſcēdit hodie:quem
attraxit diuinitus.ſplendor pater=
ne glorie.
Exultet celum laudibus.de ber=
nardi cōſortio:quem cōiungis ce=
leſtibus.ieſu noſtra redemptio.
Rufum dorſo per catulū.prefigu=
raſti puerū: fore doctorem ſedulū.
conditor alme ſyderum.
Naſcētis ei claruit.clara chriſti
natiuitas: hoc a te donum habuit.
o lux beata trinitas.
Archana ſacre pagine.declarat
et myſterium:quod effecit in virgi
ne.deus creator omnium.
Rore ꝑfuſum gratie.monſtrat dul
cor eloquij : per te fons ſapientie.
ſummi largitor premij.
Detētos a demonib⁹.ſanat mor=
bos lāguentiū:curat cōfert dolen=
tibus.magnum ſalutis gaudium.
Vita viuit feliciter.cū maria chri
ſtifera:cum qua deguſtat dulciter.
eterna chriſti munera.
Sūme deus potentie.tibi ſit laus
et gloria: da poſt curſum miſerie.
beata nobis gaudia. Amen.
¶ Ad noctur.et laud. Hymnus.
BErnardus īclytis/ortus na
talibus.preclarus meritis/
cum claris fratribus: fugit in abdi
tis/paternis opibus.ſpretis et mun
di floſculo.
Latrator ſtrenuus/ſctūs ex vtero.
doctor precipuus/nectare ſupero:
vigil aſſiduus/ſub ſalutifero.mon=
ſtratur matri catulo.
Tardāt vigilie/dormit ad oſtiū.
mox vēter marie/producit filium:
laudis omelie/prouocāt ſtudium.
dat puer nummos clanculo.
Pulſante femina/latrones clami=
tat.defixa lumina/ſtagno ꝑcipitat:
abhorret carmina/luxum ſuppedi=
tat.iacte cedit in lectulo. Diuiſio.
INtrat ciſterciū/cum tricena
rio.fratris cōnubium/ſoluit
religio: girardus hoſtiū/perfoſſus
gladio.liber exit cum vinculo.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

Iuſſu pontificis/obedit ruſtico. oleũ calicis/bibit pro thetico:ſtat in veridicis/corde prophetico.raſtrum coequat anulo.
Scribit epiſtolam/in imbris medio.muſce parabolã/affert extinctio:feminam diſcolam/plenã demonio.curat crucis ſignaculo.
Marie cythara/ſcripturas explicat.ſpoliat tartara/functos viuificat: necnõ gens barbara/hunc ſanctum publicat.ore ſtilo miraculo.
Sit laus ingenito/decus et gloria.ab vnigenito/ſit reis venia:nobis paraclyto/preſtante gaudia.in infinito ſeculo.Amen.

Ad tertiam ſolum in die. Hy⁹.

Iam regina diſcubuit.ſedẽs poſt vnigenitũ:nard⁹ odorẽ tribuit.bernardus tradens ſpm̃.
Dulcis regine guſtui.fructus ſui ſuauitas:dulcis eius olfactui.nardi bernardi ſanctitas.
Cum eſſet in accubitu.fructus ſaporem intulit:cũ eſſet in occubitu. nardus odorem obtulit.
Ille dulcis accubitus.propter ſaporem glĩe:iſte dulcis occubitus. propter odorem gratie.
Venit ſponſa de libano:coronanda diuinitus:vt bernardus de clibano.veniret ſancti ſpiritus.
Que eſt iſta ꝓgrediens.velut aurora rutilãs: quis eſt iſte trãſiliẽs. colles ſanctis coniubilans.
Hec gloria terribilis.ſicut caſtrorum acies: hic gratia mirabilis.vt aſſueri facies.
Ora pro nobis dominum.predulcis fumi virgula: inclina patrẽ luminum.paſtor ardens vt facula.
Gloria tibi dñe.

De ſancto michaele archangelo. Hymnus.

Miſterioꝝ ſignifer. celeſtiuꝫ archangele:te ſupplicãtes queſum⁹. vt nos placatus viſites.
Ipſe cũ ſanctis angelis.cũ iuſtis cum apoſtolis: illuſtra locuꝫ iugiter.quo nunc orantes degimus.
Caſtiſſimorum oĩm.doctorum ac pontificum:pro nobis preces profluas.deuotus offer domino.
Hoſtem repellat vt ſeuum. opeq́ꝫ pacis dirigat: et nr̃a ſiml' pectora. fides perfecta muniat.

Diuiſio.

Aſcendãt noſtre protinus. ad thronum voces glorie: mẽteſq́ꝫ nr̃as erigat.qui ſede ſplendet fulgida.
Hic virt⁹ eius maneat.hic firma flagret charitas:hic ad ſalutis cõmoda.ſuis occurrat famulis.
Errores oẽs auferat.vagoſq́ꝫ ſenſus corrigat: ⁊ dirigat veſtigia.noſtra pacis per ſemitam.
Lucis in arce fulgida.hec ſacra ſcribat carmina: nr̃aq́ꝫ ſimul noĩa. in libro vite ꝯſerat. Glĩa tibi dñe.

Luce euãgeliſte. Hy⁹. Jeſu corona celſior. vt in cõmuni.

In feſtiuitate oĩm ſanctoꝝ hymnus ad vtraſq́ꝫ veſperas ⁊ laudes.

Chriſtũ rogemus ⁊ patrem. chriſti patriſq́ꝫ ſpiritũ: vnus potẽs per oĩa.foue precantes trinitas.
Rogem⁹ ergo populi.dei matrem et virginẽ:vt ipſa nobis impetret. pacem et indulgentiam.
Myſteriorum ſignifer.celeſtium archãgele:te ſupplicãtes q̃ſumus. vt nos placatus viſites.
Ipſe cum ſanctis angelis.cuꝫ iu=

ſtis cum apoſtolis: illuſtra locū iugiter. quo nunc orantes degimus. Te nunc redemptor q̄s. vt martyrum cōſortio: iungas precantes ſeruulos. in ſempiterna ſecula.
Qui paſcis inter lilia. ſeptus choreis virginū: ſponſus decorus gloria. ſponſiſq; reddens premia.
Te deprecamur largius. noſtris adauge mentibus: neſcire prorſus omnia. corruptionis vulnera.
Gloria tibi domine.

Ad completorium. Hymnus.

IEſu ſaluator ſeculi. redemptis ope ſubueni: et pia dei genitrix. ſalutem poſce miſeris.
Cetus oēs angelici. patriarcharum cunei: et pphetarum merita. nobis precentur veniam.
Baptiſta chriſti preuius. et claui ger ethereus: cum ceteris apoſtolis. nos ſoluant nexu criminis.
Chorus ſacratus martyrum. confeſſio ſacerdotum: et virginalis caſtitas. nos a peccatis abluant.
Electorum ſuffragia. oēſq; ciues celici: annuant votis ſupplicum. et vite poſcant premium.
Laus honor virt9 gloria. deo patri et filio: ſctō ſimul paraclyto. in ſempiterna ſecula. Amen. Ad noctur. hymnus tot9. Eterna chriſti munera. Ad tertiam. Hymnus

SAnctorum meritis inclyta gaudia. pangamus ſocij geſtaq; fortia: nam gliſcit animus pmere cantibus. victorum genus optimum.
Hi ſunt quos retinens mūdus inhorruit. ipſum nam ſterili flore per aridum: ſpreuere penitus teq; ſecuti ſunt. rex chriſte bone celitus.
Hi pro te furias atq; ferocia. calcarunt hoīm ſeuaq; verbera: ceſſit his lacerans fortiter vngula. nec carpſit penetralia.
Ceduntur gladijs more bidentium. non murmur reſonat nō querimonia: ſed corde tacito mens bene conſcia. conſeruat patientiam.
Que vox que poterit lingua retexere. que tu martyrib9 munera preparas: rubri nam fluido ſanguine laureis. ditantur bene fulgidis.
Te ſumma deitas vnaq; poſcimus. vt culpas abluas noxia ſubtrahas: des pacem famulis nos quoq; gloriam. per cuncta tibi ſecula. Amen.

Sācti malachie ad vtraſq; veſperas: noctur. et laud. Hymnus.

MAlachie ſolennia. votis et hymnis debitis: mater colit eccleſia. ſancti confiſa meritis.
A barbaris hybernie. carnis duxit originē: ſed nullā de barbarie. culpa traxit eruginem.
Lex dei docet puerum. et ſpiritalis vnctio: fructus repleuit operū. virtutis exercitio.
Ad ymarij veſtigia. dum iuuenis inſtruitur: ſanctitatis faſtigia. ſanctum ſequens aſſequitur. Diuiſio.

CLero clarens et populis. malachie religio: fortit archipreſulis. gradū de ſacerdotio.
Hinc ſignis et virtutibus. mundū fulgēs illuminat: et lucris ſpiritalibus. chriſto talenta geminat.
In clara valle moritur. quem clare mōſtrat viuere: manus que manco redditur. attacto ſancti funere.

Adeſto votis ſupplicū. malachia ſanctiſſime: munus nobis ſaluificum. dans corporis et anime.
Sit laus patri cū filio: in vnitate ſpiritus: in quo ſit nobis vnio. cuz malachia celitus. Amen.

¶ De ſancto martino Hymnus.

Bellator armis inclyt⁹ martinus actu nobilis: que geſſerit miraculis. hymnis canamus debitis.
Qui frigoris ſub tēpore. dū clamide nudum tegit: mox chriſtus ipſa quā ſcidit. ſe veſte tectū prodidit.
Tres arte ſancta pallidos. reſuſcitauit mortuos: de febre cathecuminum. et alterum ſuſpendio.
Orationis ambitu. latro ſepultus proditur: qua nō cadebat impetu. pinus reflexa ducitur. Diuiſio.
Prophana dū ſuccenderet: in aera flāmā repulit: quo extincta ſunt incendia. imbris fuit preſentia.
Humore de paralyſi. curat puellā debilē: morbiq; raſit fomitem. ſancti liquoris vnguine.
Pacem leproſo dās viro. ſordes fugauit vlcerū: et qđ lauaret morbidos. iordanis eſt in oſculo.
His ⁊ per orbem cognitis. ingentib⁹ miraculis: poſſeſſor alti ſpūs. nūc regnat in celeſtibus. Gl'ia tibi dñe.

¶ De ſctō andrea. Hy⁹.

Poſt petrū primū prīcipem. andreas eſt apl'us: ſalutis verbū predicās. in achaya ꝓuīcia.
Captus in patra oppido. traditur diro carceri: ferali pena cedit. tortor callet veſania.
Dilaniatus ictibus. ligno crucis ſuſpēditur: biduo viuēs nō ceſſat. fidem docere populum.
Clamor plebis attollitur. carus deo expoſcit: reddi iuſtus ⁊ innocēs. ſctūs ⁊ bonus querit. Diuiſio
Allax ad patibulum. quaſi ad ſoluendū ꝑperat: deuot⁹ martyr in penis. orat ne artiorib⁹.
Loris reſoluat ipius. diuinis indeptus munijs: frater inſtigat iurgijs. iuſtiſq; querimonijs.
Eant tecū que tua ſunt. egeata diriſſime: completa eius paſſio. deuicto hoſte callido.
Imploret ergo meritis. ſuis ꝓ noſtris actibus: vt mereamur ꝯſequi. ſctā in fine premia. Gl'ia tibi dñe.

¶ De apl'is euangeliſtis. dempto luca et martyribus. Hymnus.

Eterna chriſti mūera. ⁊ martyrū victorias: laudes ferētes debitas. letis canam⁹ mētib⁹.
Eccleſiaꝝ principes. belli triumphales duces: celeſtis aule milites. et vera mundi lumina.
Terrore victo ſeculi. peniſq; ſpretis corpis: mortis ſacre ꝯpendio. lucem beatam poſſident. Diuiſio.
Traduntur igni martyres. et beſtiaꝝ dentib⁹: armata ſeuit vngulis. tortoris inſani man⁹.
Nudata pēdent viſcera. ſanguis ſacratus funditur: ſed permanent immobiles. vite perennis gratia.
Deuota ſctōꝝ fides. inuicta ſpes credentiū: perfecta chriſti caritas. mundi triumphat principem.
In his paterna gloria. in his voluntas ſpūs: exultat in his filius. celum repletur gaudio.
Te nunc redēptor q̄s. vt martyꝝ

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK gefördert durch Baden-Württemberg

conſortio:iungas precantes ſerui los.in ſempiterna ſecula. Amen.

¶ Unius martyris. Hymnus.

Deus tuorum militū.ſors ꝛ corona pmiū:laudes canētes martyris.abſolue nexu criminis.

Hic teſtis ore ꝑtulit.qđ cordis archa credidit:chriſtū ſequēdo reperit.effuſione ſanguinis.

Hic nempe mundi gaudia.ꝛ blandimenta noxia:caduca rite deputans.peruenit ad celeſtia.

Tempſit tyranni vincula.diras cathenas verbera:ꝛ voce clara nūciat.deū creaſſe omnia. Diuiſio.

Penas cucurrit fortiter.ꝛ ſuſtulit viriliter:ꝓ te effūdēs ſanguinem.eterna dona poſſidet.

Ex hoc furor veſanie.iuſſit perimi martyrem:iuſtūq; terris obrui. quem regna celi continent.

Hinc nos precātes ſupplices.te poſcimus piiſſime:in hoc triūpho martyris.dimitte noxā ſeruulis.

Ut partem huius muneris.heređitemus congrui:letemur in perpetuum.iuncti polorum atriis.

Gloria tibi dñe.glia. ¶ De ꝯfeſſoribus/ꝛ de ſcō luca euāgeliſta. Hy⁹

Ieſu corona celſior.et veritas ſublimior:qui confitenti ſeruulo.reddis perenne pmium.

Da ſupplicanti cetui.obtētu huius optimi:remiſſionē criminū.rūpendo nexū vinculi. ¶ Sequens Vſus nō dr in feſtis Remigii/Iuliani/Petri/Roberti/ꝛ trāſla. Benedicti:nec quorūcunq; confeſſorum quotiēs ad aliā diem transferūtur. Si vero trāſlatio fiat in craſtinū et feſtū ꝓpter qđ fit ipſa trāſlatio non ſit feſtū ſolēne habēs vtraſq; veſperas:tūc in primis veſpis ipſi⁹ feſti tranſlati pdictus V⁹.dicet:ſed nō in craſtinum. Simile eſt iudiciū de pdicto feſto ſcti iuliani. nam q̄a in craſtinū trāſfertur:in primis eius veſpis cātatur pdictus V⁹.ſed nō in craſtinum.

Anni recurſo tēpore.dies reluxit lumine:quo ſanctus hic de corpore.polum migrauit prepotens.

Hic vana terre gaudia.ꝛ lutulēta pdia:polluta cūcta deputās.ouās tenet celeſtia. ¶ Diuiſio ad laud.

Te chriſte rex piiſſime.hic cōfitendo iugiter:calcauit hoſtē fortiter.ſupbū ac ſatellitem.

Uirtutū actu ꝛ fide.confeſſionis ordine:ieiuna membra deferens. dapes ſupernas obtinet.

Plus currit in certamine.ꝯfeſſor iſte ſuſtinēs:q̄ martyr ictum ſufferens.mucrone fundēs ſanguinem.

Proinde te piiſſime.pcamur oēs ſupplices:vt hui⁹ almi gratia.nobis remittas debita. Glia tibi do.

¶ De virginibus. Hymnus.

Ieſu corona virginū.quē mater illa ꝯcepit:que ſola Vgo parturit.hec vota clemēs accipe.

Qui paſcis inter lilia.ſeptus choreis Vginū:ſponſus decorus glia. ſpōſiſq; reddēs premia. Diuiſio.

Quocunq; pergis virgines.ſequunt̄ atq; laudibus:poſt te canētes curſitāt.hymnoſq; dulces perſonant.

Te deprecamur largius.noſtris adauge mentibus:neſcire prorſus omnia.corruptionis vulnera.

Gloria tibi domine.

¶ In dedicatione eccleſie. Hyꝰ.

Chriſte cunctorum/domina
tor alme. patris eterni/geni
tus ab ore: ſupplicū vota/paritercꝫ
hymnum. cerne benignus.

Cerne quod puro/deus in hono
re. plebs tua ſupplex/reſonat in au
la: annuo cuius/redeunt colenda.
tempore feſta.

Hec domꝰ rite/tibi dedicata. no=
ſcitur in qua/populus ſacratū: cor
pus aſſumit/bibit ⁊ beatuꝫ. ſangui
nis hauſtum.

Hic ſacroſācti/latices veternas.
diluunt culpas/perimūtcꝫ noxas:
chriſmate vero/genus vt creetur.
chriſticolarum.

Hic ſalus egris/medicina feſſis.
lumē orbatis/veniacꝫ noſtris: fer
tur offenſis/timor atcꝫ meror. pelli
tur omnis.

Demonis ſeui/perit hic rapina.
peruicax monſtrum/pauet ⁊ reten
ta: corpora linquēs/fugit in remo
tas. ocius vmbras. Diuiſio.

Hic locꝰ nēpe/vocitatur au=
la. regis eterni/niueacꝫ celi:
porta que vite/patriam petentes.
accipit omnes.

Turbo quam nullus/quatit aut
vagātes. diruūt venti/penetrātcꝫ
nymbi: non tetris ledit/piceus te=
nebris. tartarus horrens.

Queſumus ergo/deus vt ſereno.
annuas vultu/famulos gubernās:
qui tui ſūmo/celebrāt amore. gau=
dia templi.

Nulla nos vite/crucient moleſta.
ſint dies leti/placidecꝫ noctes: nul
lus ex nobis/pereunte mundo. ſen
tiat ignes.

Hec dies in qua/tibi cōſecratam.
cōſpicis aram/tribuat perēne: gau
dium nobis/vigeatcꝫ lōgo. tempo
ris vſu.

Gloria ſummū/reſonet parētem.
gloria natum/paritercꝫ ſanctū: ſpi
ritū dulci/moduletur hymno. om=
ne per euum. Amen.

Letania.

Kyri eleyſon. Chriſte eleyſō.
Chriſte audi nos.
Pater de celis deus: Miſerere
nobis.
Fili redemptor mūdi deus: Mi=
ſerere nobis.
Spiritus ſancte deus: Miſerere
nobis.
Sancta trinitas vnus deus: Mi
ſerere nobis.
Sancta maria: Ora pro nobis.
Sancta dei genitrix: or̄
Sancta virgo virginum: or̄
Sancte michael: or̄
Sancte gabriel: or̄
Sancte raphael: or̄
Omnes ſancti beatorū ſpirituum
ordines: Orate pro nobis.
Sancte iohannes baptiſta: or̄
Omnes ſancti patriarche et pro=
phete: Orate pro nobis.
Sancte petre: or̄
Sancte paule: or̄
Sancte andrea: or̄
Sancte iacobe: or̄
Sancte iohannes: or̄
Oēs ſcti aplī ⁊ euāgeliſte: orate
Sancte ſtephane: or̄
Sancte laurenti: or̄
Sancte vincenti: or̄
Sancte thoma: or̄
Sācti iohānes ⁊ paule: orate
Omnes ſancti martyres: orate

Sancte martine: orа
Sancte nicolae: ora
Sancte malachia: ora
Sancte petre: ora
Sancte guillerme: ora
Sancte edmunde: ora
Sancte benedicte: ora
Sancte bernarde: ora
Sancte roberte: ora
Omnes ſancti confeſſores: orate
Sancta maria magdalene: ora
Sancta anna: ora
Sancta agatha: ora
Sancta agnes: ora
Sancta katherina: ora
Omnes ſancte virgines: orate
Omnes ſancti: orate
Propici⁹ eſto: Parce nobis dñe.
Ab imminẽtibus pctõꝝ noſtroꝝ periculis. Libera nos domine.
A damnatione perpetua: Libera nos domine.
Per myſteriũ ſancte incarnationis tue: Libera nos domine.
Per paſſionem et crucem tuam: Libera nos domine.
Per glorioſam reſurrectionẽ tuam: Libera nos domine.
Per admirabilẽ aſcẽſionem tuã: Libera nos domine.
Per gratiam ſancti ſpiritus paraclyti: Libera nos domine.
Peccatores: Te rogamus audi nos.
Ut pacẽ nobis dones: Te rogamus audi nos.
Ut eccleſiam tuam regere et defenſare digneris: Te rogamus.
Ut loca noſtra et omnes habitãtes in eis. viſitare/ꝛ conſolare digneris: Te rogamus audi nos.
Ut regularibus diſciplinis nos inſtruere digneris: Te rogamus.
Ut omnibus benefactoribus noſtris ſempiterna bona retribuas: Te rogamus audi nos.
Ut fructus terre dare: et conſeruare digneris: Te rogamus.
Ut omĩbus fidelibus defunctis: requiem eternã donare digneris: Te rogamus audi nos.
Fili dei: Te rogamus audi nos.
Agnus dei qui tollis pctã mũdi: miſerere nobis.
Kyri eleyſon. Chriſte eleyſon. Kyri eleyſon. Pater noſter. Et ne nos inducas in temptationem. Sed libera nos a malo. ℣. Exurgat deus et diſſipentur inimici eius. Et fugiant qui oderunt eum a facie eius. ℣. Saluum fac populum tuum domine. ꝛ benedic hereditati tue. Et rege eos: et extolle illos vſq; in eternum. ℣. Fiat pax in virtute tua. Et abundantia in turribus tuis. ℣. Domine exaudi orationem meã. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Collecta.

Eccleſie tue domine preces placatus admitte: vt deſtructis aduerſitatibus et erroribus vniuerſis: ſecura tibi ſeruiat libertate. Alia.

Deus a quo ſancta deſideria/recta ꝯſilia. ꝛ iuſta ſunt opera: da ſeruis tuis illam quam mundus dare non poteſt pacem: vt et corda noſtra mandatis tuis dedita: et hoſtium ſublata formidine. tempora ſint tua protectione tranquilla. Alia.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK gefördert durch Baden-Württemberg

OMnipotens ſempiterne deus. edificator et cuſtos hieruſalem ciuitatis ſuperne: edifica et cuſtodi loca noſtra cum habitatoribus ſuis: vt ſit in eis domiciliũ tranquillitatis et pacis. **Alia.**

INeffabilem miſericordiam tuam domine nobis clementer oſtende: vt ſimul nos ⁊ a peccatis exuas: ⁊ a penis quas pro his meremur eripias. Per chriſtũ dominum noſtrum.

¶ **Finis pſalterij.**

G. B. HOFBIBLIOTHEK KARLSRUHE

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK gefördert durch Baden-Württemberg MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

Per Septuagesimam Lx, et L, ad ca,
tica, Laudes, et Horas Domi,
nicæ Antiphonæ.

In septuagesima ad cāt: ant.

Multi enim sunt vo ca ti pauci vero

ele cti dicit dominus Euouae.

Ad laud. antiph.

Cor cōtritum et humili atū

De us ne de spicias. Euouae.

Ad prim. Antiph.

Conuē ti one au tem fa cta cū opera


riis ex denario di ur no miſit eos in
Vineam suã. Euouae.
Ad Tert. antiph.
Quid hic
ſtatis tota die o tiosi re spõderũt et di
xerũt nemo nos cõduxit. Euouae.
Ad VI ant.
Ite et vos in vi neam meam et quod iuſtum
fuerit dabo vobis. Euouae.
Ad ix. antiph.
Vo ca opera rios et redde illis mercedẽ

suam dicit dn̄us. Euouae.

In Sexagesima ad Cant.
Antiph.

Se men cecidit in terram bo nã et ortũ fe-
cit fru ctũ centuplũ. Euo uae.

Ad Laus.
antiph.

Forti tudo mea et Laus mea dn̄s exaudiuit
vocẽ meã et factus ẽ mihi in salutẽ. Euouae.

Ad prim.
antiph.

Si culmen veri honoris q̃ritis

ad cælestem patriã quãtotius properate. Euouae.

Ad Tert. ant.

Semen est verbũ Dei sator autẽ Christus omĩs qui audit eum manebit in æternũ. Euouae.

Ad VI antiph.

Qui ṽbum Dei retinet corde perfecto et optimo fructũ afferũt in patientia. Euouae.

Ad IX ant.

Si verè fratres diuites esse cupitis veras diuitias

amate. Euoua e.

In quinquagesima
ad Cantic.
antiph.

Trās e unte domino clamabat cæcꝰ ad eū
misere re mei fili dauid. Euouae.

Ad Laud.
antiph.

Dexte ra domini virtutū fa
ciat ut cū impulsus fuero cadētem me
su ſcipiat Euo ua e.

Ad Prim.
antiph.


Tra de tur gentibus ad deludēdum et fla-
gellandum et crucifigendum. Euouae.
Ad Tert. ant.
Ec ce aſcendimꝰ Hie ro so lymã
et consummabūtur omīa quæ ſcripta ſunt
per prophetas de fili o hominis. Euouae.
Ad VI. ant.
I ter faciente IESV dū ambu-
labat Hie ri cho cæcus clamabat ad e um

ut lumen recipere mere retur. Euouae.

Ad Non. ant

Cæcus màgis ac mà=

gis clamabat ut eum Dominus illumi

Anno 1612.

naret. Euouae.

Priuatis diebus Antiphonæ quæ habentur tempore xtæ dicantur in 2do Nocturno.

Glo ria in excel sis De o

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg

Letatus sum in his que dicta sunt michi in domum domini ibimus gloria patri Kyrie chri kyrie pater noster Ave maria Et ne nos in ducas in tendacionem Sed libera

Domine salvos fac reges Et exaudi nos in die qua invocaverimus te

Salvum fac populum tuum domine et benedic hereditati tue

Et rege eos et extolle illos usque in eternum

fiatt pax in virtute tua et habundantia in turribus tuis

Domine exaudi oracionem meam Et clamor meus at te veniat

Oremus

Ecclesie Ecclesie tue domine preces placatus adt mitte ut destructis adversitatibus et erroribus universis universis secura tibi serviatt libertate Hostium nostrorum domine elide superbiam et eorum contumaciam dextere tue virtute prosterne per crist dom nos amen

zu dem domino labia

Salvam fac famulam tuam Deus meus sperantem in te

Mitte ei domine auxilium de sancto et desion tuere eam

Converte domine usque quo et deprecabilis esto super famulam tuam

colecta

dominus custodiatt in troitum tuum et exittum tuum et auferatt at te spiritum elacionis Amen

zu der motin

Salvam fac famulam tuam

Converttere domine usque quo

domine exaudi oracionem meam

oremus

Deus cui humilium super accepta sunt vota animarum respice propicius super hanc famulam tuam sororem nostram nostra obsequia et a tuam eas fac pertingere graciam ut quia per ac te devocione servicia devota mente compleverunt plenissimam et que largissimam

veniam pro te consequantur salvator mundi qui vivis et regnas deus per omnia secula seculorum amen

Salvam fac famulam tuam

Mitte ei domine auxilium de sancto

Domine exaudi oracionem meam

oremus

Misericors ac piissime deus qui ubique famulam tuam ...eris semper et adiuvas harum famularum tuarum soror nostra in bonum ac cumula nostrum auge desiderium ut recte sororibus ...ris in prudanti servicia salvator mundi qui vivis et regnas deus per omnia secula seculorum vide das nostrum

Deus qui contritorum non despicis gemitum et merentium non spernis affectum etc. adesto precibus nostris quas tibi pro tribulacione nostra effundimus eas que clementer suscipiens tribue ut quid quid contra nos diabolice atque humane moliuntur adversitates ad nichilum redigatur etc. et consilium pietatis tue allidatur quatenus per intercessionem sanctissime dei genitricis Marie sancti que Johannes baptiste Johannes evangeliste benedicti atque bernhard omnium que sanctorum tuorum nullis adversitatibus lesi etc. de omni tribulacione et angustia erepti leti tibi in ecclesia tua sancta gracias referamus et domo tua quod domine spiritales nequicie repellantur et aeriarum discedat malignitas tempestatum per christum dominum

In omni tribulacione et angustia nostra

primus

apphendite disciplinā ne q̄ndo irascatur dn̄s euouea

Secund[us] Gloria patri et filio euouea

Tercius Gloria patri et filio euouea euouea

Quartus Gloria patri et filio euouea euouea

Quintus gloria patri et filio euouea

Sextus Gloria patri et filio euouea

Septimus gloria patri et filio euouea euouea

Octauus gloria patri et filio euouea euouea


i Bene dictus dominus deus is ra hel euouae
ii Be ne dictus dominus deus israhel euouae
iii Bene dic tus dom mi nus de us israhel euouae euouae
iiii Bene dictus dominus deus israhel euouae euouae
v Benedictus dominus de israhel euouae
vi Bene dictus dominus deus isra hel euouae
vii Benedictus domi nus deus isra hel
viii Benedictus dominus deus israhel euouae euouae


1 Mangnificat euouea 2 Mangnificat euouea
3 Mangnifi cat euouea 4 Mangnificat euouea
5 Mangnifi cat euouea 6 Magnificat euouea
7 Mangnifi cat euouea euouea
8 Magnifi cat anima euouea euouea
tempore paschali
Be ne di ca mus domino alleluia
Benedica mus domino alle luia ale luia
festdags Bene di ca mus do mi no
sundags Be ne di ca mus do mi no
werchdags Be no di ca mus do mi no


Sal ve mater Sal va to ris vas e lec tu vas ho no ris
vas cele stis gracie. ab e terno vas in sig vas ex
ci sum ma nu sa pi en ci e. Sal ve ver bi Sa cra pa rens
flos de spi na spi na ca rens flos spi ne ti glo ri a. nos spi ne
tum nos pec ca ti spi na su mus cru en ta ti sed tu spi na
nes ci a. Sal ve ma ter pie ta tis et to ci us tri ni ta tis no bi
le tri kli ni um. Ver bi ta men in car na ti speciale ma re sta
ti pre pa rans ho spi ci um. O ma ri a stella ma ris digni
ta te Sin gu la ris Sup om nes or di na ris or di nes
ce le sti um. In Su pre mo sita poli nos co men da tue proli ne
terores Sive do li nos Supplantent hostium. In proci
Constituti te tuente simus tuti pervicacis et versuti tue cedat vis


E le git eum domi nus Sa cer do tem sibi
ad Sacri ui candum ei hostiam lau dis Sacer do tem sibi
Os iusti medita bi tur Sapi enti am et linga
eius loquetur iudici um medita bi tur sapi enti am
Os iusti medita bi tur Sapi enti am Al le lu ia Al
le lu ia et lingua eius loquetur iudicium Alleluia
Amavit eum Dominus et ornavit eum: Alleluia Alleluia
Stolam glorie induit eum· Alle lu ia

de S. Innocentes ad laudes et vesperas




quem stella que ſo lis Rotam vin cit decore et
lumine veniſſe terris nunciat cum carne terreſtri
deum videre poſtquam illum magi e o a promunt
munera ſtratique veſtris offerunt thus miram et aurum Regium
Regem deumque an nun ciat te ſaurus et fragrans o dor
turis ſabei ac mirre us pulvis ſe pulchrum predocet
gloria tibi do mine qui a pa ru iſti hodie cum
patre et ſancto ſpiri tu in ſempi terna ſe cula

In Assensione domini




uere que po ſit ce los ſcandere glori a ti bi
domine qui ſcandis ſuper ſidera cumpatre et
ſancto ſpi ri tu in ſempi ter na ſe cula
In Feſto Transfigurationis domini ad veſperas
Aſſumpſit Jeſus pe trum et Ia co bum et Jo
annem fratre ei us et duxit e os in montem
ex cel ſum ſe or ſum et transfi gu ra tus
est an te eos (dixit dominus) Reſplen duit


Fa ci em e ius si cut sol vestimenta autem e ius
facta sunt Alba sicut nix Alle luia (Confitebor.)
Et ec ce appa ru e runt e is Moyses
et e li as lo quen tes cum ie su (Beata vir)
Ad huc e o lo quentes ecce nubes lu ci da
Responsorium gloria et honore
obumbravit e os (laudate pueri) Himnus.
qui cunque Christum que ri tis oculos in altum tol
li te illic li cebit vise re signum perennis
Reliqua ut in Breviario
glo ri e

ad Magnificat Aña 



ad Benedictus Ana

Et ec ce vox de nube di cens hic est fi li us meus

dilectus in quo mihi compla cui ipsum audi te Al

ad Sextam Ana

le luia Euouae Respon dens

Pe trus autem ad Jesum do mi ne bo num est

in 2 vesperis

nos hic esse Euouae ad Magnificat

ut in antiquis libris

Et audi entes disci puli

in festo
Susceptionis S. Corone domini
ad Vesperas

De florente in vi a bi bet propte re a exal


ta bit caput et Regnabit in du tus decorem et
for ti tu dinem. Dixit dominus. Regni e uit Super eum
Spi ri tus ti moris do mi ni co ro na Sa pi en ti e
et exul ta ti o nis deco ra uit illum (confitebor)
In du it e um do mi nus vestimen tis Salu tis et
in du mento iu sti ti e qua si Spon Sum de co ra tum
co ro na (Beatus vir) Rex e ter ne glori e pro
no bis co ro na tus Benedi cet co ro ne anni benigni
ad magnificat Ant.
ta tis Sue (laudate pueri) Egredi mi ni


et vide te fili e Si on Regem Salomo nem in
di a de mate quo corona vit eum mater Su a
parans cru cem Salva tori Su o (: Evovae :)
in Laudibus Responsorium
Tuam co ro nam a do ramus do mine: tu am glori o Sam
ad Benedictus Ana
Recolimus pasi on em: A doramus Ex i vit Jesus
portans spine am co ro nam et purpureum vesti mentum
Ana ad Sextam
(: Evovae :) Cire e runt david in mo dum co ro
ne Saul et vi ri ei us (: Evovae :) Ana ad Magnificat
Et ge nu flexo an te eum ) ut in libris antiquis

In Festo SS. Angelorum Custodum, ad Vesperas 




Spiritus in ministe rium missi propter eos qui he re
ad laudes Responsorium
di tatem capiunt sal utis (Evovae) Ste tit
An ge lus iuxta ar am templi: habens thuribulum aureum in
ad Benedictus Ana
manu su a: Iuxta: Re versus est An ge lus qui
loque ba tur in me et susci ta vit me quasi virum
qui susci ta tur a somno su o (evovae)
ad magnificat in 2 vesperis
Sancti An ge li custo des nostri de fendi te nos in
pre li o ut non pe re a mus in tremen do iu
di ci o (evovae)

de Sanctissimo Nomine Jesu, ad Vesperas




ſuper mel et om ni a ei us dulcis preſen ti a :)
ad Benedictus Aña
Fe cit mi hi magna qui potens eſt et Sanct um
Aña ad laudes
nomen e ius Al le lu ia (Glo ri a re :) Nomen
tuum do mi ne decet Sanctitu do in longi tudinem di
Responſorium
erum (Glo ri a re :) Afferte do mi no glo riam et
honorem: Afferte domi no glo ri am no mi ni ei us: glo
hymnus
ri am: Jeſu decus An geli cum in au re dulce
can ticum in o re mel mi ri fi cum in cor de nect ar
ad Benedictus Aña
ce licum:) Vo ca tum eſt nomen ei us Jeſus


quod vocatum est ab An gelo prius quam in ut e ro con
ad primam
cipe re tur: (Evovae.) O le um effu sum nomen
tu um i de o ado les centu le di lex e runt te
ad tertiam Ana
(Evovae.) Magnum est nomen me um et Sto
no va bi le in genti bus di cit dominus
ad sextam Ana
(Evovae.) Jesus Nazarenus Rex Ju de o rum Impe
rato ce li et dominus do minantium (Evovae.)
ad ~~Sex~~ nonam
Vin cen ti da bo man na ab scon di tum et nomen novum Scriptum
quod nemo scit ni si qui ac ci pit: (Evovae.):

ad Magnificat Aña




In Visitatione B. Marie




Salu ta ti on em Mari e Eli sa beth exul ta uit Infans
in ut e ro e ius et repl ta est spi ri tu sancto
Alleluia. Letatus sum. Ex quo facta est vox
Saluta ti onis tu e in au ribus meis ex ul ta uit
Infans in u te ro me o Alleluia. Nisi dominus.
pro doctoribus
O doctor op ti me Eccle si e sancte lumen Bea te
N. divi ne le gis amator deprecare pro nobis
Fi lium de i. Evovae.

G. B. HOFBIBLIOTHEK
KARLSRUHE

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

# Intonationes Psalmorum.



7. 


Dixit Dominus domino meo Sede à dextris meis

8. 


Dixit dominus domino meo Sede à dextris meis, Sede à dextris meis

Tonus Irregularis

9. 

In exitu Israël de Aegypto Domus Jacob de populo barbaro

## Sequuntur Intonationes ad Magnificat.

1. 


Magnificat a-nima mea Dominum.

2 


Magnificat anima mea Dominum


mi fa
3
Magnificat anima mea Dominum.
mi la
4
Magnificat anima mea Dominum
fa
5.
Magnificat anima mea Dominum
fa la
6
Magnificat anima mea Dominum.
ut Sol
7.
Magnificat anima mea Dominum.
ut fa
8.
Magnificat anima mea Dominu.



J M B 

An allen diſen tagen ſo hievnden
verzaichnet haben alle die 40
tag ablaſs todtlicher ſünden vnd
100 läßlicher ſünden ſo mit andacht
vnſere kirchen der herren coſs bo
ſüchen vnd vor iedem altar
mit andacht 3 pater noster vnd 3
Ave maria betten vnd erſtrecht
ſich ſolcher ablaſs alle zeit durch
die gantze octav

Erſtlich auff alle feſt vnſers
lieben herren auff S. benedicti
auff S. bernardi auff S. Roberti
auff S. Johannes baptiſti auff S.
laurentii auff S. ſtephani martir
auff corporis christi auff spine
coronis auff die erfindung vnd
erhebung deß h. Creütz auff
S. Vrſula auff der zehen tauſent
Martirer auff S. chriſtoffel auff
S. Nicolay des biſchoffs auff der
4 kirchen lehrer auff S. dominici
auff michaelis auff S. catharina
S. agnes S. Margaretha S. Maria
Magdalena S. ſcolaſtica S. Appolonia
S. lucia vnd S. barbara tag

4 — 20 19

Diß büch gehöred mir maria Juliana Haltzapffelin von Höchheim so lang Gatt will Und hat mir daßes geben mein liebe mit schwester Maria Elisabetha schenkin von kastell Gatt geb Ihren den ewigen lohn

Anno 1628

Diß Buch Gehördt mir Maria Juliana Holtzapffelin von So lang Gott will Und hat mir solches geben Mein Liebe mitt Schwester Maria Elisabetha Schenckhin von Castell Gott geb Ihren Den Ewigen Lohn.

Diß Buch Gehördt mir Maria Juliana Holtzapffelin von Hochheim so Lang Gott will Und hat mir solches geben Mein Liebe mit Schwester Maria Elisabetha Schenckhin von Castell Gott geb Ihren den Ewigen Lohn

G. B. HOFBIBLIOTHEK KARLSRUHE

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg

21

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK

gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg

B.II.8.

oo

4

rest. am
Hassel-L. 1989

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK

gefördert durch Baden-Württemberg MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

B.II.8.

el-L. 1789

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg